



84
Eco
5 Tafeln N.

Verlag
G. Fischer
Jena

Viro illustrissimo atque celeberrimo

D^o. g. Fischer.

antiquarisch geknupft 1888
C. A. Dohrn.


signum venerationis
has Plagulas

devotissime et officiose

offert

Auctor.

69.08



COLEOPTERORUM

AB ILLUSTRISSIMO BUNGIO

IN CHINA BOREALI, MONGOLIA ET MONTIBUS ALTAICIS COLLECTORUM,

NEC NON

AB ILLUSTRISSIMO TURCZANINOFFIO ET STSCHUKINO

E PROVINCIA IRKUTZK MISSORUM


ILLUSTRATIONES.

AUCTORE

FR. FALDERMANN,

HORTI BOTANICI IMPERIALIS PETROPOLITANI CULTORUM SUPREMO, SOCIETATIS NATURAE SCRUTATORUM
MOSQUENSIS SODALI ORDINARIO, SOCIETATIS HORTORUM CULTURAЕ BEROLINENSIS ET LONDINENSIS
MEMERO CORRESPONDENTE, MASSASCHUSETTENSIS HONORARIO.

Accedunt tabulae V.



P E T R O P O L I.

IN OFFICINA CAESAREAE ACADEMIAE SCIENTIARUM IMPRESS.

MDCCXXXV. #

PANSTWOWE
MUZEUM ZOOLOGICZNE
BIBLIOTEKA
Nr. K. 6908

COLLEZIONE
DEI MUSICI
DELLA CITTÀ DI
COPENHAGEN
ED ALTRI
MATERIALI
PER LA STORIA
DELLA MUSICA
NELL'ARCTICO
ET IN SIBERIA
ED IN ALTRI
PAESI
DI CLIMA
POLARE.

PARTE SECONDA

COLLEZIONE
DEI MUSICI

DELLA CITTÀ DI
COPENHAGEN
ED ALTRI
MATERIALI
PER LA STORIA
DELLA MUSICA
NELL'ARCTICO
ET IN SIBERIA
ED IN ALTRI
PAESI
DI CLIMA
POLARE.

PARTE TERZA

COLLEZIONE
DEI MUSICI

DELLA CITTÀ DI
COPENHAGEN
ED ALTRI
MATERIALI
PER LA STORIA
DELLA MUSICA
NELL'ARCTICO
ET IN SIBERIA
ED IN ALTRI
PAESI
DI CLIMA
POLARE.

COLEOPTERORUM

AB ILLUSTRISSIMO BUNGIO

IN CHINA BOREALI, MONGOLIA, ET MONTIBUS ALTAICIS
COLLECTORUM,

NEC NON

AB ILL. TURCZANINOFFIO ET STCHUKINO
E PROVINCIA IRKUTZK MISSORUM ILLUSTRATIONES.

A U C T O R E

Fr. FALDERMANN,

HORTI BOTANICI IMPERIALIS PETROPOLITANI CULTORUM SUPREMO.

Praeter numerosam novarum et cognitum dignissimarum plantarum copiam, quas in itineribus Imperatoris jussu secundum Academiae Scientiarum Petropolitanae praescripta institutis Ill. et Celeb. Bungius collegit, Museo quoque Entomologico Academiae haud parvam Coleopterorum, non solum rariorum, sed etiam novorum misit multitudinem.

Quum Coleopterorum a Turczaninoffio et Stchukino e provincia Irkutzk, et ex parte etiam e Mongolia recenter obtentorum, nondum publici juris factorum descriptionem essem editurus, adii Fr. Brandtium Musei Zoologici Academiae Scientiarum Imperialis Directorem, ut in hocce labore objectis a Bungio collectis uti quoque liceat, qui quidem petenti eorum usum summa benevolentia concessit. Laborem igitur ampliorem de Coleopteris in provincia Irkutzk, Mongolia et China boreali nuper detectis vel minus cognitis entomophilis nunc tradere possum.

P A R S I

ENUMERATIO.

COLEOPTERORUM

a Dr. Bungio, D. Stchukino et Turczaninoffio in provincia Irkutzk, Mongolia, China boreali et montibus Altaicis collectorum.

P E N T A M E R A.

C A R A B I C I.

Cicindela mongolica, Fald. Nov. spec. vid. infra sub Nro. 1.

— *gemma*, Fald. Nov. spec. vid. infra sub Nro. 2.

— *gracilis*, Pall. In Dahuria.

— *) — *dahurica* Mannerheim. *Elytris angustioribus, postice macula aurantiaca communi destitutis, a gracili diversa.*

— *Sahlbergii* Fischer. In Mongolia. Specimina nostra a Fischeriana forma differunt statura minore et breviore.

Clivina rotundicollis Fald. Nova spec. vid. infra sub Nro. 3.

Carabus Brandtii **) Fald. Nova spec. vid. infra sub. Nro. 4.

*) Evidem ad opinionem Doct. Comitis Dejeanii accedo, *Cicindelam tenuem Stevenii* (Entomograph. de la Russie T. III. p. 49. n. 34. et Tab. I. Fig. 16.) atque *Cic. dahuricam* Mannerheimii *Cicindelae gracilis* Pallasii varietates statuentis (Species général. d. Coleoptères Supplément p. 214. sp. 119.) Magnus est mihi *Cicindeae* *gracilis* specimenum numerus e Dahuria missus, in quo formae transitoriae admodum distinctae inveniuntur. Errare autem videtur Ill. atque Doct. Comes, si etiam *Cicindelam* *angustatam* Fischeri (Entomogr. Ross. T. II. p. 5 n. 12. Tab. 59. fig. 12) *Cic. gracili* addit; quae quidem, ut mihi videtur, species peculiaris habenda est, *Cicindelae* *gracili* *clypeo* longo utique similis. Si autem alias speciei esset varietas, sine dubio ad *Cic. germanicam* potius referrem, quacum, praesertim cum varietate e Fischeri, *elytris coeruleo-atris* (Entomogr. ib. p. 5. Tab. XXXIV. Fig. II c.) major reperitur affinitas. Evidem speciem Fischerianam hanc possideo, si autem descriptio et pictura sunt exactae, differentia vix dubitanda videtur, quum *Cicindelae* *gracilis* formae varient quidem, numquam autem tantopere dilatatae aliaque *elytrorum* pictura instructae observentur.

**) Carabum huncce forma, praesertim *elytrorum* sculptura insignem, qui bene quidem genus novum, medium inter Carabos et Procrustides constitucere posset, parvum venerationis et observantiae signum Ill. Academico F. Brandi dicatum esse velim.

Carabus glyptopterus Fischer. *Patria Mongolia.* Entomog. Ross. Tom. III., pag.

193. Tab. VII. Fig. 7.

arctica Dej. In montibus Altaicis.

Nebria { *hyperborea* Gyll.
Besseri Eschs.

Panagaeus crux-major, Fabr. In mont. Altaicis.

Sphodrus rugipennis Fald. Nova spec. vid. infra sub Nro. 5.

Poecilus cupreus Fabr. et var. *subviolacea*. In mont. Altaicis.

Steropus brevis Fald. Spec. nova vid. infra sub Nro. 6.

Acinopus microcephalus Fald. Spec. nova vid. infra sub Nro. 7.

Harpalus aeneus Fabr. In montibus Altaicis.

— *brevicornis* Gebler. In Mont. Altaicis.

— *obtusangulus* Fald. Species nova vid. infra sub Nro. 8.

Peryphus pictus Fald. Spec. nova vid. infra sub Nro. 9.

Elaphrus splendidus Esch. In Mongolia.

Blethisa amoena Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 10.

— *polita* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 11.

H Y D R O C A N T H A R I N O N.

S T E R N O X I.

Ptosima novemmaculata Fabr. *Pt. strigosa* Gebler. Ledebours Reise II. Theil, Sect.,

III. pag. 78. In mont. Altaicis.

— — var. β . supra aenea, nitida, immaculata, corpore subtus cupreo-aeneo, postice utrinque macula flava. In mont. Altaicis.

— — var. γ . Supra immaculata, paullo latior, elytrorum striae plerumque magis aequales; corpus subtus cupreum, totum immaculatum. In mont. Altaicis.

Sphenoptera Dianthi Steven; Sp. *fossulata* Gebler. Ledeb. Reise II. Theil, Sect. III., p.

75. et Hummel Essais Entom. Nro. IV., pag. 46. In mont. Altaicis.

Sphenoptera canaliculata Pall. *Icones ins. Ros. et Sibir.* pag. 65. Tab. D. Fig.

4. In Mongolia.

- *dahurica* Mannerh. Praecedentis varietas obscurior, in vicinitate urbis Irkutzk a D. Stchukino, detecta.
- *Pallasii*. Schönherr. Antecedentibus valde affinis et ut mihi videtur vix species diversa; in iisdem regionibus cum praecedente invenitur.

Agrilus confinis Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 12.

Cratonychus canaliculatus Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 14.

Ludius melancholicus Fabr. var. Ast. dimidio fere major et praesertim latior evadit et thorace evidentius puntato paullulum quidem differre videtur,

- *cribricollis* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 13.
- *castaneus* Fabr. In Mongolia.

M A L A C O D E R M I.

Cantharis annulata Fischer. Humm. Ess. Entom. IV. pag. 28. et Ledeb. Reise II. Theil, Sect. III., pag. 85. Ex Dauria.

Malachius cornutus Gebler. Ledeb. Reise II. Theil. Sect. III. pag. 88.

- — — Humm. Ess. Entom. IV., p. 47. In montibus Altaicis.

T E R E D I L I N O N.

N E C R O P H A G I.

Necrophorus morio Gebler. Mém. d. Nat. d. Moscou V. pag. 319. In vicinitate urbis Irkutzk.

- *basalis* Dejean. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 16.
- *Silpha thoracica*. Fabr. In montibus Altaicis.
- *opaca* Fahr. In mont. Altaicis.
- *canaliculata* Gyll. var. Ast major, praesertim longior, postice plerumque magis obtusata, supra obscure picea; et thorace inaequali, obscuriori.
In viciniis urbis Irkutzk.

Silpha mongolica Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 17.

— *sculptipennis* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 18.

C L A V I C O R N E S.

Anthrenus scrophulariae Fabr. var. *Ast paullo major vulgari forma et setulis coloratis plerumque densius obsitus.* In Mongolia.

Hister cadaverinus Payk. In mont. Altaicis.

— *concinnus* Mannerh. Ledeb. Reise II. Th. Sect. III. pag. 92. In mont. Altaicis.

Varietas sat conspicua; quamvis quadruplo minor. Partium formatio et sculptura nullam offerunt differentiam. E. Mongolia misit D. Turczaninoff.

P A L P I C O R N E S N O N.

L A M E L L I C O R N E S.

Gymnopleurus pillularis Fabr. In Mongolia.

Onthophagus medius Fabr. In mont. Altaicis.

Aphodius erraticus Fabr. In mont. Altaicis.

— *fossor* Fabr. et var. *elytris brunneis.* In viciniis urbis Irkutzk.

— *antiquus* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 19.

Trox eximus Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 20.

— *pinguis* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 21.

— *sabulosus* Fabr. In mont. Altaicis.

**) Phileurus chinensis* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 22.

— *morio* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 23.

*) Hocce genus e paucis hucusque compositum. speciebus Americae australi et Insulae St. Domingo peculiare videbatur. Notae mihi sunt ex hisce orbis terrarum regionibus quinque species, quas, Ph. complanato excepto, omnes possideo, scilicet:

Phileurus didymus Fabr. Geotrupes Syst. Eleuter. Tom. I., pag. 17. e Brasilia,

— *valgus* Fabr. Geotrupes Syst. Eleuter. Tom. I., pag. 18. e Brasilia,

— *complanatus* Palisot Beauvois. e St. Domingo,

— *quadri-tuberculatus* Palisot Beauvois. e St. Domingo,

Scarabaeus Monodon Fabr. In Mongolia.

Trematodes Pallasii Fald. Genus nov. *) vid. infra sub Nro. 24. (*Scarabaeus te-nebrioides*) p. 9. Pallas icon. Insect. Tab. A. Fig. 9.

Melolontha Henningii Gebler. Entomogr. Ross. Tom. II., pag. 215. Tab. XXVIII.
Fig. 6. In mont. Altaicis.

Ledebours Reise II. Theil, Sect. III. pag. 108.

— — Varietas paullo minor; thorace convexiore, et plerumque densius vil-
loso differe videtur.

— — elytris crebrius rugoso-punctatis, et in sutura minus incrassatis. For-
san species diversa. In Mongolia.

**) *Melolontha Gebleri* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 25.

— agnella Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 26.

— rubetra Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 27.

Idiocnema sulcipennis Fald. Genus et Species nov. vid. infra sub Nro. 28.

Anomala mongolica Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 29.

— lucidula Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 30.

? — exoleta Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 31.

— lunata Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 32.

Anisoplia cincticollis Fald. Bulletin de Nat. d. Moscou Tom. VI., pag. 49. et
Tab. III. Fig. 1.

Hoplia { 16-punctata Oliv.
aureolus Pall. Icones. Insect. pag. 18. Tab. A. Fig. 20.

Phileurus cylindricus Mannerh. Mémoires de l'Académie Imp. des Sciences de St. Petersb.
Tom. X. e Brasilia.

Quare sane notatu dignum duabus speciebus in Asia repertis distinctissimis esse ditatum.

* Coleopterum hocce figura distinctissimum, et post immortalē Pallasiū a nemine, quantum scio, repertum, atque in Europae Muse's ditissimis haud obvium, a Bungio magno numero prope murum Chinensem est repertum. A Scarabaeis et Melolonthis, quibuscum haud parvam ostendit affinitatem, propter formam et characteres singulos disjungi, et genus medium inter Scarabaeos et Apogonias constituere debet.

**) Entomologo distinctissimo Imperatoris a Consiliis publicis Dr. Gehlero Barnaulensi de Fauna Si-
birica optime merito sincerissimus et gratissimus amicus.

- Esthenomenus mirabilis* Fald. Genus et Species nov. vid. infra sub Nro. 33.
- Cetonia marmorata* Oliv. varietas vel species nova. Postice paullo latior forma
Olivieriana, et magis incrassata. Clypeus angustior; Thoracis discus
rude ac vage punctatus, lateribus albo-marginatus; elytra multo cre-
brius et distinctius eroso-punctata, basi interiore circa scutellum rude
punctata, undique maculis et atomis albidis plerumque densius obtecta,
et minus nitida; pectus brevissime parce flavo-pilosum, (in 6- marmo-
rata longe et dense fusco-pilosum). In Mongolia.
- *viridis* Fabr. var. Paullo minor, convexior, et nitidior; elytris maculis
albidis plurimis signatis. In Mongolia.
- *jucunda* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 34.

H E T E R O M E R A.

Platyope grandis Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 35.

— *mongolica* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 36.

Akis rugipennis Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 37.

— *funesta* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 38.

— *sepulchralis* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 39.

— *chinensis* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 40.

Tentyria *) *bella* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 41.

— *levida* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 42.

— *propinqua* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 44.

— *atramentaria* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 45.

*) Quamvis Sibiriae orientalis loci deserti Heteromerorum speciebus et generibus ditissimi observentur, memoratu tamen dignissimum est, genus Tentyriam specierum non solum majorem numerum, sed fere omnes novas obtulisse. Ut, quantum fieri poterat, Synonyma evitarentur, opera omnia, quae hoc genus pertractant, consului et Additamenta et Observatiunculas in Cel. Stevenii Tentyriæ et Opatra Collectionis Stevenianæ nunc Musei Universitatis Mosquensis a Cel. W. Besser Nouv. Mémoires d. Nat. d. Mosq. Tom. II., pag. 5. quoque in usum vocavi.

- Tentyria strigosa* Gebler Ledebours Reise II. Theil, Sectio III. pag. 121.
- *acutangula* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 44.
 - *amoena* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 45.
 - *cellicola* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 46.
 - *tenebricosa* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 47.
 - *implana* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 48.
 - *aucta* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 49.
 - *vieta* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 50.
 - *globata* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 51.
 - *arenaria* Fald. Species nov. vid. infra sub Nro. 52.
- Blaps reflexa* Gebler. Nouv. Mémoires d. Nat. d. Mosq. II., pag. 55. In Mongolia.
- *variolosa* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 53.
 - *scabripennis* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 54.
 - *rugosa* Gebler. Hummel Essays Entom. Nro. IV., pag. 48. In viciniis urbis Irkutzk.
- Leptomorpha chinensis* Fald. Genus et Species nov. vid. infra sub Nro. 55.
- Platyscelis rugifrons* Gebler. Entomographia Ross. Tom. II., pag. 194. *Blaps rugifrons*. Germar Insect. Spc. nov. Tom. I., pag. 139. In Mongolia.
- *melas*. Fischer Entomographia Ross. Tom. II., pag. 194. Tab. XX., Fig. 2, 3. In montibus Altaicis.
 - *angustatus* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 56.
- Pedinus strigosus* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 57.
- *altaicus* Gebler. Ledeb. Reise II. Theil, Sect. III., pag. 123. Observatio: Elytris in utroque sexu thorace paullo angustioribus modo distingui posse videtur. In mont. Altaic.
- Heliophilus tenebrioides* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 58.
- *gibbulus* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 59.
- Opatrum subaratum* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 60.

Opatrum Prescottii Fald. Bulletin d. nat. de Moscou. Tom. VI., pag. 54. Tab.

III. Fig. 4.

Crypticus glaber Fabr. In montibus Altaicis.

Serropalpus barbatus Fabr. In mont. Altaicis.

— spinicollis Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 61.

Cistela altaica Gebler. Ledebours Reise II. Theil. Sectio III. pag. 139. In
mont. Altaicis.

Mylabris geminata Fabr. var. In Mongolia.

— sibirica Gebler. Ledeb. Reise II. Theil. Sectio III. pag. 139. In mont.
Altaicis.

— pusilla Tauscher. l. c. pag. 137. In mont. Altaicis.

— bivulnera Pallas. Icones Insect. pag. 94. Tab. E. Fig. 23. In mont.
Altaicis.

Lydus quadrisignatus Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 62.

Lytta ambusta Pallas. Icon. Insect. pag. 102. Tab. E. Fig. 34. In Mongolia
— maura Fald. Bull. de Moscou Tom. VI. pag. 61. In Mongolia.

Meloe uralensis Pall. Icon. Insect. pag. 76. Tab. E. Fig. 2. In viciniis urbis
Irkutzk.

Apalus fasciatus Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 63.

T E T R A M E R A.

C U R C U L I O N I D E S.

Apoderus quadrimaculatus Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 64.

Rhynchites fulgidus Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 65.

Thylacites affinis Dejean. In montibus Altaicis.

— (Subgenus Cneorhinus) geminatus Fabr. In China boreali.

Tanymecus umbratus Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 66.

Naupactus globulicollis Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 67.

Cleonus vibex Pall. Icones Insect. pag. 32. Tab. B. Fig. 13. In viciniis urbis Irkutzk.

- *mongolicus* Fald. Species nov. vid. infra sub Nro. 68.
- *salinus* Gebler. In montibus Altaicis.
- *ventralis* Schönh. In montibus Altaicis.
- *compressicollis* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 69.
- *murinus* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 70.
- *pulchellus* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 71.
- *fenestratus* Pallas. Icones Insect. Tab. H. Fig. B. 16. An C. *foveolatus* Fischer?, ut ill. Dr. Gebler in Nouv. Mémoires d. nat. d. Mosq. Tom. II, p. 62. vult. Patria Mongolia.
- *fossulatus* Fischer. Entom. Ross. Tom. II. pag. 233. Tab. XLIV. Fig. 8.
- *axillaris* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 72.

Hylobius arcticus Payk. var. *Paullo major*, *fusco-maculatus*, et fronte profunde foveolato. In mont. Altaicis.

Phyllobius parvulus Gyll. In mont. Altaicis.

- *pyri* Fabr. In mont. Altaicis.

Lixus Ascanii Fabr. In China boreali.

- *cylindricus* Ziegler. In mont. Altaicis.
- *Bardanae* Ziegler. Patria Mongolia.

Larinus scabrirostris Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 73.

Erirhinus acridulus Fabr. var. B. Gyll. minor. In mont. Altaicis.

- *aethiops* Fabr. In mont. Altaicis.

Mononychus vittatus Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 74.

X Y L O P H A G I N O N.

C A P R I C O R N E S.

Cyrtognathus paradoxus Fald. *) Genus novum vid. infra sub Nro. 75. **Pri-**
nus paradoxus Fald. Bull. d. nat. de Moscou, Tom. VI. pag. 63. Tab. II.
Fig. 3.

Cerambyx Bungii Fald. **) Spec. nov. vid. infra sub Nro. 76.

Dorcadion ornatum Fald. Bull. d. nat. de Moscou, Tom. VI. pag. 64. Tab. II.
Fig. I. In Mongolia.

— **impluviatum** Fald. Bull. d. nat. de Moscou, Tom. VI, pag. 66, Tab. II,
Fig. 3. In Mongolia.

Saperda Gebleri Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 77.

Callidium campestre Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 78.

Clytus gracilipes Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 79.

Pachyta punctata Fald. Bull. d. nat. de Moscou Tom. VI, pag. 67. In viciniis
urbis Irkutzk.

C H R Y S O M E L I N A E.

Auchenia thalassina Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 80.

Galleruca fulminans Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 81.

— **abdominalis** Steven. var. major. Postice magis dilatata. In Mongolia.

— **Menetriesii** Fald. ***) Spec. nov. vid. infra sub Nro. 82.

Puperus altaicus Gebler. In montibus Altaicis.

*) Mandibulae peculiares elongatae, invicem cruciatae et versus pectus curvatae, nec non alii cha-
racteres novum genus creandi ansam dederunt.

**) Dixi in honorem detectoris, Botanici Illustrissimi atque Celeberrimi Alex. de Bunge, in Universi-
tate Casaniensi nunc Botanices Professoris, cui Geblerus jam, ob multa, quae in itinere Altai-
cum Cel. Ledeburio instituto collegarat coleoptera, dignum apud Carabicos (Ledebours Reise
Th. II. Sect. III. p. 51. sp. 1.) extruxit monumenum.

***) Dicavi speciem hancce insignem Viro amicissimo Menetries, Musei Academiae Scientiarum Petro-
politanae Conservatori, itineribus in Brasilia atque Caucaso factis, nec non laboribus zoologicis no-
tissimo.

Chrysomela aeruginosa Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 85.

— *gibbipennis* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 84.

— *ambulans* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 85.

— *rufilabris* Fald. Species nov. vid. infra sub Nro. 86.

Clythra bisignata Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 87.

Cryptocephalus bivulneratus Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 88.

— *hirtipennis* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 89.

— *Stchukini* Fald. *) Spec. nov. vid. infra sub Nro. 90.

T R I M E R A.

Coccinella rossica Herbst. In viciniis urbis Irkutzk.

— *conspicua* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 91.

— *Besseri* Fald. **) Spec. nov. vid. infra sub Nro. 92.

— *spectabilis* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 93.

— *aulica* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 94.

— *tristis* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 95.

— *amoena* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 96.

*) Speciem hancce pulcherrimam misit Ill. Stchukinus, Imperatoris consiliis ab aulicis et Gymnasiis Imperialis, quod Irkutzkii floret Director, quem studiosissimum Rossiae entomophilum veneror, cuique specierum rarissimarum Dahuriae numerum haud parvum debo, quas inter quoque observatur Saperda fasciata Fabr. (Pallas Icon. Ins. Tab. F. Fig. 12.), cuius praesentiam in Siberia Dr. Geblerus dubitavit. (Nouv. Mem. d. nat. d. Mosq. T. II. p. 52). Sane quidem Saperda fasciata Faunae Rossicae civibus rarissimis hucusque adnumeranda, et in paucis tantum collectiobibus entomologicis adesse videtur. Stchukinus enim, quamvis maximam impenderet operam, duorum annorum spatio specimen secundum invenire haud poterat et recentissimis demum temporibus, ut communicavit Dr. Brandt, duo specimina Museo Academicо misit. In Comitis Manneheimii collectione ditissima specimen e regione urbis Nertschinsk invenitur et in literis ad me datis Vir Ill. annotavit, hocce coleopterum, quamvis in omnibus fere Museis, imo adeo majoribus desit, habere tamen jam quae sequuntur Synonyma:

Promeces Serville

Saperda (Callichroma) fasciata Fabr.

bicincta Oliv.

sibirica Pall.

**) Botanico et Entomologo Celeberrimo Dr. Will. Bessero, in Universitate Kiewensi, Historiae naturalis Professori, parvum summae reverentiae signum.

Coccinella 7 - punctata? An varietas 6 Gyll. Insecta Suecica Tom. IV. pag. 161?

Discrepat tamen forma nostra thoracis angulis anticis late flavo-maculatis; capite bimaculato; elytrorum maculis majoribus novenis, quarum duas humerales saepe confluentes. Qua de causa species diversa mihi esse videtur, cui nomen *Coc. novem-signatae* proponerem.

- transverso-guttata Say. Vid. infra sub Nro. 97.
 - fasciato-punctata Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 98.
 - 9 - signata. Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 99.
- Cacidula villosa* Fald. Spec. nov. vid. infra sub Nro. 100.
-

P A R S II.

SPECIERUM NOVARUM VEL MINUS RITE COGNITARUM DESCRIPTIONES.

Nro. 1. *Cicindela mongolica* mihi. Subcylindrica, supra viridis, opaca; elytris margine laterali, lunula humerali, alteraque apicis, et fascia media recurva flexuosa flavo-pallidis.

Cic. chioleuae Fisch. subsimilis, paullo tamen minor, praesertim angustior, et magis cylindrica.

Long. 5 lin. Lat. $1\frac{3}{4}$ lin.

Caput obscure-viridi-aeneum, crebre rugosum, inter oculos exaratum, confertissime concinne strigosum; pilis aliquot longis dispersis obsitum; fronte subnitida, juxta oculos utrinque macula viridi aurea polita; ore parce piloso; labro magno, albido; palpis brunneis, apice nigris; mandibulis externe albis, apice nigris, subaeneis. Antennae cupraeae, extrorsum obscuriores, nitidae. Oculi magni, valde prominuli, globosi, luridi.

Thorax brevis, postice parum angustatus, basi apiceque truncatus, sub-

sinuatus, supra nonnihil depresso, subdidymus, obscure viridis, opacus, confertissime granulatus, intra basin et apicem sat impressus, pilis albidis, prostratis latera versus sparsim obtectus.

Scutellum cupreum, subnitidum, confertim rugosum, disco excavatum.

Elytra thorace dimidio latiora, postice paulo dilatata, sublinearia, singulati apice rotundata; humeris productis, rotundatis; supra aequaliter sat convexa, vel subcylindrica, obscure saturate viridia, opaca, confertissime granulata; margine externo toto flavo-pallido, et ex parte cum lunulis confluente; lunula humerali angusta, et punto magno terminata; fascia media angusta, valde flexuosa, secundum suturam descendente et apice dilatata, cum sutura fere conjuncta; lunulaque apicali arcuata, subangulata.

Corpus subtus subnitidum, parce albido-pilosum; pectoris latera concinne punctata, cuprea; abdomēn violaceum, ano nigro.

Pedes tenues, cupreo-aenei, nitidi, nec non parce pilosi; tibiis, tarsisque paullo obscurioribus.

Habitat in Mongolia. In Museo Acad. Scient. Imperialis Petropolitanae et Faldermanni.

Nro. 2. *Cicindela gemmata mihi*. Elongata, supra obscure-aenea, opaca; elytris punctis duobus lunula apicali angusta, fasciaque media abbreviata sinuata albis.

Long. $7\frac{3}{4}$ lin. Lát. $2\frac{3}{4}$. Inter maximas hujus generis locum tenet.

Caput supra obscure-aeneum, tenuiter, sed confertim strigosum, setulis albis parce obsitum, inter oculos excavatum, sub oculis violaceo-aeneum, ibique concinnius strigosum; fronte parum producta, convexa, punctis aliquot impressa; labro flavo, subtiliter nigro-marginato; mandibulis valde elongatis, albidis, apice nigris. Antennae viridi-aeneae, nitidae, extrorsum obscuriores, setulis albis quibusdam obsitae. Oculi sat prominuli, globosi, luridi.

Thorax latitudine paullo longior, apice posticeque truncatus, basi subbisinuatus, lateribus rectis, postice vix angustior, supra obscure-aeneus, opacus, disco modice convexus, tenuiter canaliculatus, ante medium et intra basin sat profunde impressus, creberrime rugulosus, utrinque crebre granulatus, et parum violaceus.

Scutellum triangulare, cōpreum, obsolete ac consertissime punctulatum, opacum, supra leviter impressum.

Elythra thorace duplo latiora, valde elongata, postice parum dilatata, apice rotundata, lateribus aequaliter reflexa, supra modice convexa, subinaequalia, obscure-aenea, opaca, crebre granulata, granulis subnitidis, punctis vel gemmis viridibus detritis interjectis; in ipso humero et pone humerum punctum aliud rotundatum album; in medio fascia alba abbreviata, lata, sinuata, nec marginem, nec suturam attingente, et in apice lunula angusta alba antice in punctum magnum rotundatum desinens.

Corpus subtus subpilosum; pectoris latera rude punctata, aenea, opaca; abdome subtilissime punctulato, laete violaceo, nitido.

Pedes tenues, albo-pilosi; femoribus aureo-nitidis, basi et apice viridibus; tibiis viridi aeneis, setosis; tarsis violaceis.

Habitat in China boreali. Unicum specimen exstat in Museo Acad. Scient. Imperialis Petropolitanae.

Nro. 3. *Clivina rotundicollis* mihi. Oblongo-ovata, nitida; antennarum basi, pedibusque pallido-ferrugineis; thorace orbiculato, subdepresso, obscure aeneo; elytris ovatis, concinne punctato-striatis.

Longit. $1\frac{1}{4}$ lin. Latit. $\frac{1}{2}$ lin.

Magnitudo et Statura fere *Clivinae gibbae* Gyll., forma tamen thoracis majori et plerumque magis rotundata praeципue differt.

Caput porrectum, breve, latiusculum, nigro-aeneum, laeve, nitidum; fronte utrinque profunde foveolata, foveolis elongatis, punctatis; ore, palpisque rufis.

Oculi magni, valde prominuli, globosi, nigri. Antennae thoracis dimidio vix longiores, fuscae, basi pallido-ferrugineae, extrorsum subpubescentes.

Thorax magnus, orbiculatus, apice vix truncatus, gibbus, dorso nonnihil deplanatus, obscure aeneus, nitidus, disco antico subtilissime longitudinaliter canaliculato, intra basin obsolete rugulosus, punctis nonnullis vase dispersis oculo armato conspicuis.

Scutellum parvum, parum elongatum, fusco-aeneum.

Elytra oblongo-ovalia, fusco-aenea, nitida, a thorace valde remota, humeris obtuse angulatis, in laterum medio valde dilatata, rotundata, postice subattenuata, apice acuminata, supra valde fornicata, striata; striis in disco rude et crebre, sed latera versus et ad apicem obsoletius punctatis; lateribus reflexis, marginatis.

Corpus subtus nigrum, politum; pectore fusco-aeneo, laevi.

Pedes breviusculi, robusti, nitidi, pallido-ferruginei.

Habitat in Mongolia. Unicum tantum specimen in Museo Acad. Scient. Imperialis Petropolitanae servatur.

Nro. 4. *Carabus Brandtii mihi*. Elongato-ovatus, nigro violaceus, opacus; thorace parvo, cordato, consertim punctato; elytris nodosis, nodorum seriebus 13.

Long. $11\frac{1}{2}$ lin. Lat. $4\frac{1}{2}$ lin.

Primae Dejeanii (Spec. Col. Vol. II. p. 33-38) divisioni adjungendus; quamvis elytrorum sculptura differat.

Caput magnum, elongatum, declinatum, concinne, sed vase punctatum, nigrum, opacum, vertice convexum; fronte plana, inter antennas lunatim excavata, juxta oculos subcarinata; oculis parvis, globosis, parum prominulis, luridis. Antennae nigrae, extrorsum piceae, pubescentes.

Thorax parvus, cordatus, niger, opacus, lateribus subviolaceus, basi truncatus, testaceo-fimbriatus, ibique angulis vix prominulis, acutis, apice late, sed haud profunde emarginatus, brevissime testaceo-ciliatus, lateribus ante

medium rotundatus, postice angustatus, nonnihil reflexus, supra aequaliter convexus, disco tenuissime canaliculatus, undique aequaliter concinne punctatus, fovea lata et profunda utrinque juxta basin instructus.

Scutellum transversum, piceum, laevigatum.

Elytra elongato-ovalia, apice rotundata, integra, nigro-violacea, opaca, supra aequaliter convexa, tuberculis inaequalibus, rotundatis, sat elevatis, supra planis, laevibus, subnitidis, seriebus 13 distinctis in singulo elytro; interstitiis confertissime minute granulatis.

Corpus subtus nitidum, nigro-violaceum, obsolete coriaceum, subpunctatum.

Pedes robusti, nigri; femoribus obsolete transversim rugulosis, punctisque quibusdam impressis; tibiis subscabrosis, setosis.

Habitat in China boreali. — Unicum tantum in Museo Acad. Scient. Imperialis Petrop. reperitur exemplar.

Nro. 5. *Sphodrus rugipennis mihi.* Niger, subparallelus, opacus; thorace lateribus late reflexo; elytris punctato-striatis, interstitiis inaequaliter rugosis.

Long. 12 lin. Lat. $4\frac{1}{2}$ lin.

Sphodro gigante Fisch. paullo major, praecipue latior, elytrorum rugositate a reliquis hujus generis speciebus faciliter distinguendus.

Caput maximum, deflexum, nitidum, laeve; fovea elongata inter oculos utrinque, apice transversim tenuiter impressum; labro, palpis, antennisque ferrugineis; oculis parvis, vix prominulis, rotundatis, pallide griseis.

Thorax latitudine paullo longior, antice nonnihil dilatatus, lateribus late reflexus, ante medium subrotundatus, basi late emarginatus, subsinuatus, angulis posticis productis, paullo inflexis, rotundatis, apice truncatus, rufofimbriatus, angulis parum prominulis, obtusis, supra depresso, intra apicem lunatim et juxta basin transversim impressus, disco subconvexus, tenuissime canaliculatus, striolis et rugulis obsoletemissimis parce obtectus, subnitidus.

Scutellum triangulare, laeve piceum.

Elytra thoracis basi latiora, elongata, parallela, in medio vix dilatata, apice rotundata, subacuminata, lateribus reflexa, subtiliter marginata, supra modice aequaliter convexa, juxta basin transversim depressa, humeris prominulis, acuminatis, nigra, opaca, inaequaliter punctato-striata; interstitiis inaequalibus, sat crebre transversim rugosis.

Corpus subtus piceo-nigrum, obsoletissime coriaceum, subnitidum.

Pedes validiusculi, subpunctati, nigri; tibiis apice dense fusco-ciliatis; tarsis piceis.

Habitat in Mongolia. — Unicum tantum specimen in Museo Acad. Scient. Imperialis Petrop. reperitur.

Nro. 6. *Steropus brevis mishi*. Niger, convexus, nitidus; thorace postice rugoso, profunde bisevoelato, elytris profunde striatis, interstitiis valde elevatis, convexis, punctis 3 obsoletis impressis; antennis pedibusque ferrugineis.

Longit. $5\frac{1}{2}$ lin. Latit. $2\frac{1}{6}$ lin.

Sterope maurusiaco Esch. plerumque brevior, et pro longitudine latior.

Caput latum, subrotundatum, nigrum, nitidum, vertice laevigatum, politum, apice transversim tenue impressum, fovea lata subelongata, plana, inter oculos utrinque. Oculi prominuli, globosi, nigri. Antennae thorace parum breviore, crassiusculae; articulis tribus baseos piceis, nitidis, subsequentibus ferrugineis, opacis, pubescentibus. Palpi fusti.

Thorax transversus, longitudine dimidio fere latior, lateribus aequaliter rotundatis, reflexis, postice nonnihil explanatis, basi truncatus, angulis obtusis, apice late, sed tenuiter emarginatus, angulis deflexis, rotundatis, supra convexus, niger, politus, disco sat profunde canaliculatus, postice transversim obsoleto rugosus, juxta marginem utrinque sub oculo armato subtiliter punctatus, praeterea foveae duae, elongatae, profundae utrinque intra basin in unam latam confluentes, ibique fortius rugosus.

Scutellum subtriangulare, subopacum, parum inaequale; disco transversim sat impresso.

Elytra thoracis medio vix latiora, oblongo-ovata, humeris rotundatis, lateribus reflexa, tenuissime marginata, apice obtuse rotundata, ibique utrinque sat profunde sinuata, supra nigra, nitida, polita, pone medium valde convexa, disco subdepressa; striae valde profundae octo in singulo, striarum interstitiis valde elevatis, convexis, subcrenulatis, in stria secunda a sutura punctis tribus, parvis impressa.

Corpus subtus piceum, tenuiter coriaceum.

Pedes robusti, breves, politi; femoribus ferrugineis; tibiis tarsisque parum dilutioribus.

In montibus Altaicis. — Unicum tantum specimen in Museo Acad. Scient. Imperialis Petropolitanae.

Nro. 7. *Acinopus microcephalus* mihi. Niger, subdepressus; capite parvo; thorace transverso, postice obsolete biseptato; elytris latis, tenue striatis, apice subsinuatis, fere truncatis.

Longit. 5 lin. Latit. $2\frac{1}{3}$ lin.

Statura quodammodo *Acinopus ammophili* Stev., sed multo minor.

Caput parvum, subdeflexum, nigrum, politum, nitidum, vertice convexum, fronte plana, ad apicem linea angustissima, transversa, sat impressa, ibique obsolete rugosum, foveola angusta, elongata, obsolete utrinque inter antenas. Oculi nigri, parvi, parum prominuli, globosi. Antennae longitudine thoracis, pieceae; articulo primo basali ferrugineo.

Thorax latitudine dimidio brevior, basi truncatus, tenuissime bisinuatus, fusco-fimbriatus, marginatus, angulis obtusis, rotundatis, lateribus antice parum dilatatus, apice truncatus, angulis anticis sat deflexis, supra ante medium modice convexus, postice deplanatus, angulum posticum versus parum explanatus, disco obsolete canaliculatus, fovea obsolete, parum

elongata ad basin utrinque, praeterea rugulis et striolis obsoletissimis sparsim undique obtectus.

Scutellum latum, postice rotundatum, subacuminatum.

Elytra lata, ovata, a thorace sat remota, eoque dimidio latiora, basi truncata, tenuiter carinata, humeris rectis, subacutis, lateribus ampliata, rotundata, sat reflexa, marginata, apice subtruncata, obtuse angulata, leviter sinuata; ibique margine ipso ferruginea; supra modice convexa, disco fere plana, nigra, laevia, tenue striata, interstitiis deplanatis.

Corpus subtus nigrum, pilis longis, inaequalibus, fuscis parce obsitum; ano piceo.

Pedes breves, validi, picei, subpilosi; femoribus valde incrassatis, punctis nonnullis obsoletis impressis; tibiis, praesertim anticis, antrorsum valde dilatatis, intus spinis duabus longis armatis.

In montibus Altaicis. — In Museo Acad. Scient. Imperialis Petropolitanae.

Nor. 8. *Harpalus obtusangulus mihi*. Brevis, totus aterrimus; antennis, palpisque piceis; thorace postice angustato, obtuse angulato; elytris a thorace remotis, breviter ovatis, apice obtuse rotundatis, subsinuatis.

Longit. $3\frac{3}{4}$ lin. Latit. 2 lin.

Caput latum, subdeflexum, modice convexum, atrum, politum, foveola minutissima, rotundata, plana inter oculos utrinque, et linea obsoletissima intra apicem transversa. Oculi globosi, parum prominuli, nigri; mandibulis palpisque piceis; palporum articulo ultimo apice rufo; ore fusco-piloso. Antennae thorace parum breviores, crassiusculae, pubescentes; articulis 1 — 4 piceis, extrorsum rufis.

Thorax ante medium longitudine plus duplo latior, postice angustior, lateribus tenuiter rotundatus, aequaliter reflexus; margine ipso subcrenulato; basi truncatus, levissime bisinuatus, tenue marginatus, angulis rotundatis,

obtusis, apice truncatus, angulis sat deflexis, obtusis, supra modice convexus, ater, nitidus, laevis, sub oculo acute armato rugulis valde detritis dispersis, disco tenuiter canaliculatus, intra apicem lunatim leviter impressus, praeterea foveola elongata, sed haud profunda, suberosa, juxta basin utrinque.

Scutellum latiusculum, nigrum, postice rotundatum.

Elytra a thorace remota, basi truncata, leviter bisinuata, humeris fere rectis, parum prominulis, obtusis, in medio parum dilatata, apice obtuse rotundata, vel subtruncata, tenuiter sinuata, lateribus sat reflexa, marginata supra convexa, nigra, aequaliter sat profunde striata, interstitiis planis, laevibus, intra marginem, ut in plerisque, series e foveolis subocellatis et punctis parvis intermixtis, coarctatis, impressis.

Corpus subtus sat incrassatum, nigrum, laeve, nitidum, pilis longis non-nullis rufis obsitum.

Pedes breves, robusti, nigro-picei subpilosoi.

Habitat in China boreali. — Unicum in Museo Acad. Scient. Imperialis Petropolitanae invenitur specimen.

Nro. 9. *Peryphus pictus mihi.* Oblongus, valde depresso; capite, thorace, ab-domineque viridi-aeneis; antennis pectore pedibusque pallide ferrugineis; elytris testaceis, fascia media sinuata, sutura, apice margineque anguste fusco-aeneis.

Longit. 2 lin. Latit. $\frac{3}{4}$ lin.

Bembidio obsoleto Dejeanii (Dej. Spec. Col. Vol. V. pars I. pag. 118.) subsimilis videtur, characteribus sequentibus tamen diversus.

Caput porrectum, latum, planum, viridi-aeneum, nitidum, vertice subcon-vexum, politum, apice laeve; latere frontis inaequali cum fovea valde elongata et profunda; foveae fundo saturatius viridi, et utrinque subrugoso. Os ferrugineum, subpilosum. Antennae basin thoracis parum superantes, totae pallido-ferrugineae. Oculi magni, globosi, sat prominuli, nigri.

Thorax viridi-aeneus, nitidus, antice valde dilatatus, rotundatus, basi truncatus, angulis rectis, acutis, lateribus tenuiter reflexus, margine ipso subinfuscato, pone medium sinuato-angustatus, supra modice convexus, leviter canaliculatus, juxta basin transversim sat depresso, subrugosus, ibique fovea magna, rotunda, et sat profunda utrinque instructus.

Scutellum parvum, laeve, fusco-aeneum.

Elytra elongata, thorace duplo latiora, humeris productis, rotundatis, lateribus fere linearia, apice rotundata, subdehiscentia, supra perparum convexa, dorso depressa, flavo-testacea; sutura, apice, margine externo, fasciaque sinuata posterius parum dilatata, fusco-viridi-aeneis; striata, striis leviter punctatis, in stria tertia a sutura punto parvo sat impressa.

Corpus subtus laeve; abdomine obscure viridi-aeneum; pectore ferrugineum.

Pedes tenues, pallido-ferruginei; femoribus paullo obscurioribus.

Habitat in montibus Altaicis. — In Museo Acad. Scient. Imper. Petropolitanae.

Nro. 10. *Blethisa amoena* mihi. Angustata, elongata, obscure-aenea; thorace postice profunde bifoveolato; elytris subparallelis, striato-punctatis, foveolis quinque impressis.

Longit. $3\frac{3}{4}$ lin. Latit. $1\frac{1}{2}$ lin.

Statura Blethisae arcticae Gyll. affinis, paullo tamen latior et elytris plerumque magis parallelis praecipue diversa.

Caput porrectum, vage punctatum, aeneum, nitidum, vertice transversim leviter depresso; fronte modice convexa, foveola plana, elongata inter antennas utrinque; labro subviolaceo, nonnihil punctato. Antennae thoracem paullo superantes, crassiusculae; articulis quatuor baseos aeneis, nitidis, reliquis picco-nigris, opacis. Oculi sat prominuli, globosi, obscure grisei. Thorax cordatus, latitudine media vix brevior, basi et apice truncatus, angulis omnibus rectis, acutis, anticis deflexis, lateribus reflexis, tenuie marginatis, ante medium dilatatis, rotundatis, postice sinuato-angustatus, supra convexus,

concinne, sed vage punctatus, disco tenuiter canaliculatus, ibique obsolete rugosus, fovea lata et sat profunda juxta basin utrinque impressus, et angulis posticis superne anguste carinatis.

Scutellum triangulare, sublaevigatum.

Elytra valde elongata, subparallela, thorace multo latiora, pone medium vix dilatata, apice acuminata, humeris productis, rotundatis, supra subdepressa, aenea, nitida, tenue striata, striis concinne punctatis, interstitiis laevibus, planis, juxta strias 2—3 a sutura foveae quinque, rotundatae, quarum quarta et quinta postice minus profunde impressa, intra marginem pone medium series foveolarum subocellatarum.

Corpus subitus obscure aeneum subviolaceum, vage et obsolete punctatum; segmentorum lateribus leviter impressis.

Pedes mediocres; femoribus parum incrassatis, aeneis, nitidis; tibiis tarsisque ferrugineis.

Habitat in montibus Altaicis. — In Museo Acad. Scient. Imperialis Petrop. et Faldermanni.

Nro. 11. *Blethisa polita mihi*. Oblonga, supra aenea, polita; thorace cordato, postice utrinque profunde foveolato; elytris oblongo-ovatis, convexis, profunde punctato-striatis, foveolis tribus impressis; tibiis tarsisque fuscis.

Longit. $3\frac{1}{6}$ lin. Latit. $1\frac{1}{3}$ lin.

Minima hujus generis; praecedenti subsimilis, magis tamen gibba, et elytris ovatis distincta.

Caput latiusculum, porrectum, rude ac vage punctatum, modice convexum, aeneum, nitidum, inter antennas transversim leviter impressum; labro nigro-violaceo, laevigato. Antennae thorace cum capite parum longiores, crassae; articulis quatuor baseos obscure-aeneis, nitidis, reliquis nigris, opacis subpubescentibus, nec non setulis nonnullis obsitae. Oculi magni, globosi, valde prominuli, obscure luridi.

Thorax cordatus, in medio valde dilatatus, rotundatus, antice angustatus, ibique angulis valde declivibus, acutis, pone medium sinuato-angustatus, basi et apice truncatus, angulis posticis rectis, acutis, lateribus tenuiter marginatis, supra convexus, subgibbus, aeneus, nitidus, vase ac aequaliter grosse punctatus, disco obsoletissime canaliculatus, ante medium subtiliter transversim depresso, utrinque intra basin fovea lata rotundata et valde profunda instructus.

Scutellum triangulare, laeve, politum.

Elytra oblongo-ovata, pone medium parum dilatata, apice rotundata, supra convexa, aenea vel aurichalcea, nitidissima, profunde punctato-striata; intersticiis planis, laevibus; in stria tertia a sutura foveae tres, remotae, quarum postica minuta.

Corpus subtus subviolaceo-aeneum, parce et obsolete punctatum, nitidum. Pedes validiusculi; femoribus obscure fusco-aeneis; tibiis, tarsisque fuscis.

Patria montes Altaici. — Unicum exstat in Museo Acad. Scient. Imperialis Petrop. specimen.

Nro. 12. *Aprilus confinis mihi*. Linearis elongatus, obscure aeneus, opacus; fronte bi-impressa; thoracis disco profunde canaliculato; elytris attenuatis, apice acute bi-dentatis.

Longit. $2\frac{1}{4}$ lin. Latit. $\frac{3}{8}$ lin.

Magnitudo et statura fere Bupr. angustulae Illig. postice tamen magis attenuatus, et dentibus duobus acutis in singulo elytro obviis bene distinctus.

Caput rotundatum, obscure aeneum, subnitidum, consertissime punctulatum, vertice anguste canaliculatum, fronte plana, sat profunde bi-foveolata. Antennae thorace breviores, crassiusculae, nigro-aeneae, subserratae.

Thorax transversus, angulis omnibus acutis, basi trisinuatus, antice latior lateribus obliquis, vix rotundatis, nonnihil reflexis, supra valde inaequalis, obscure aeneus, crebre transversim rugulosus, subpunctatus, disco profunde

canaliculatus, canaliculo in disci medio parum interrupto, margine laterali, postice praesertim explanatus.

Scutellum transversum, subtriangulare, supra inaequale, minute trituberculatum, obscure aeneum. Elytra thoracis basi parum latiora, postice valde angustata, ante medium nonnihil constricta, dein attenuata, apice truncata, dentibus duobus acutis in singulo elytro armata, humeris gibbis, supra deplanata, aenea, subnitida, creberrime punctulata.

Corpore toto subtus et pedibus obscure aeneis, subnitidis; abdomine crassiore, obsolete punctato.

Habitat in China boreali. — Unicum specimen in Mus. Acad. Scient. Imperialis Petropolitanae.

Nro. 13. *Ludius cribicollis mihi*. Ater, griseo-pubescent; thorace elongato, grosse punctato; elytris attenuatis, rude striato-punctatis; pedibus piccis.

Longit. 7 lin. Latit. 2 lin.

Statura et magnitudine fere Ludii affinis Paykulii.

Caput nigrum subrotundatum, parum convexum, sat crebre et rude punctatum, undique griseo-pilosum, apice obtuse rotundatum, intra marginem anticum transversim tenuiter carinatum; margine ipso antico laevi, polito. Oculi obscure luridi, paulisper prominuli, globosi. Antennae thoracis basi paullo breviores, crassiusculae, piceo-nigrae, antice attenuatae, subserratae, dentibus obtusis, pilis griseis sat dense obtectae.

Thorax elongatus, postice paullo latior, basi truncatus, inaequalis, ibique angulis valde prominulis, fere obtusis, lateribus tenuissime marginatus, antice deflexus, in medio vix dilatatus, supra modice convexus, subnitidus, pone medium valde depresso, foveola angusta, elongata ad angulum posticum utrinque, et carina plana, abbreviata versus discum ante scutellum, praeterea punctis majoribus ubique sat crebre impressis, et pilis griseis obtectus.

Scutellum quadratum, subtransversum, rude punctatum, disco impressum, parum nitidum, basi dense griseo-pilosum.

Elytra elongata, thoracis basi vix angustiora, dein parum dilatata, apicem versus attenuata, subacuminata, supra nonnihil convexa, subnitida, sat profunde striato-punctata, interstitiis rugosis, grosse punctatis, prope scutellum valde depressa, inaequalia, et pubescentia simili, quae in thorace etiam elytra tegit. Corpus subitus nigrum, sat crebre et rude strigoso-punctatum, subnitidum, pilis prostratis, griseis sat dense vestitum.

Pedes elongati, picei, pubescentes, minutissime et obsolete punctati; tibiis tarsisque dilute fuscis.

Patria China borealis. — Unicum tantum specimen in Museo Acad. Scient. Imperialis Petropolitanae exstat.

Nro. 14. *Cratonychus canaliculatus* mihi. Rufo-piceus, valde elongatus, cylindricus; dense flavo-pilosus; thorace brevi, confertissime punctato; elytris obsolete canaliculatis, his margine laterali, antennis, pedibusque brunneis.

Longit. 7 lin. Latit. $2\frac{1}{5}$ lin.

Magnitudine Cratonychi obscuri Fabr., sed pro longitudine multo crassior, et minus linearis.

Caput transversum, crebre et profunde punctatum, fuseum, apice parum attenuatum, deflexum, inter oculos transversum carinatum, sat dense flavo-pilosum; ore pilis longiusculis, fuscis obsito. Oculi prominuli, globosi, nigri. Antennae brunneae, thorace parum longiores, apicem versus attenuatae, sat dense flavo-pubescentes, articulis omnibus elongato-obconicis, secundo vero parvo, subgloboso.

Thorax brevis, longitudine paullo latior, basi leviter bisinuatus, angulis posticis valde prolongatis, acutis, rectis, antice nonnihil angustatus, medio vix dilatatus, supra valde convexus vel gibbus, parum nitidus, confertissime ubique punctulatus, piceus, disco longitudinaliter tenue canaliculatus, leviter

flavo-pubescent, lateribus nonnihil reflexis, margine subcrenulatis, cum margine antico et angulis posticis brunneis.

Scutellum subrotundatum, planum, sed obsolete crebre punctulatum, pilis flavis sat dense tectum. Elytra valde elongata, basi thoracis vix latiora, medium versus dilatata, postice paullo attenuata, apice ipso rotundato, margine laterali reflexo, carinato, toto late brunneo, supra fusca, cylindrica, obsolete canaliculata, confertissime aequaliter undique punctulata, disco tenuiter depresso, pilis brevibus, flavis, sparsim dispersis vestita.

Corpus subtus cylindricum, fusco-piceum, confertissime punctulatum; segmentorum marginibus rufis; pedibus flavo-brunneis.

Varietas β. Testaceo-brunnea; scutello postice subacuminato; elytris obsoletius canaliculatis, sed densius flavo-pilosis; corpore subtus plerunque magis cylindrico, et crebrius punctulato; pedibus pallido-testaceis.

In Museo Acad. Imper. Scient. Petropolitanae. — E China boreali.

Nro. 15. *Cardiophorus subulipennis mihi.* Oblongus, piceus, subpubescens; thorace elongato, laevi, medio latiore; elytris profunde striatis, acuminatis; antennis pedibusque fuscis.

Longit. $3\frac{1}{2}$ lin. Lat. 1 lin.

Statura et magnitudo cardiophori exarati Dej., paullo tamen depressior, et postice magis attenuatus.

Caput piceum, subtilissime punctulatum, parce cano-pubescent, fronte convexa, antice rotundata, margine aequaliter reflexo. Antennae thorace paullo longiores, teretes, simplices, fuscae, articulis elongatis, obconicis, secundo reliquis breviore. Os brunneum, subpilosum.

Thorax latitudine medii paullo longior, antice leviter bisinuatus, reflexus, lateribus rotundatus, immarginatus, angulis posticis sat prominulis, rectis, subacute, supra tumidus, pone medium valde depresso, undique canopu-

bescens, nigro-piceus, laevis, nec nisi sub oculo acute armato confertissime punctulatus.

Scutellum magnum, cordatum, apice acuminatum, supra valde impressum seu excavatum, brunneo-fuscum, subnitidum.

Elytra thorace parum latiora, picea, postice attenuata, apice acuta, supra parum depressa, profunde crenato-striata, interstitiis sublaevibus, pube grisea vestita.

Corpus totum subtus piceo-nigrum, nitidum, obsoletissime minutissimeque punctulatum, pube brevissima obtectum.

Pedes tenues, griseo-pubescentes, fusi; tarsis vix dilutioribus.

Patria China borealis. — In Museo Acad. Imper. Scient. Petropolitanae.

Nro. 16. *Necrophorus basalis* Dejean. Niger, nitidus, glaber; antennarum capitulo dimidio flavo; elytris fasciis duabus sinuatis, margine laterali confluentibus laete aurantiis.

Longit. 8 lin. Latit. $3\frac{1}{2}$ lin.

Statura magnitudo et summa affinitas cum Nec. vespillone, cuius forsitan varietas.

Caput latum, exsertum, nigrum, nitidum, fronte modice convexa, linea longitudinali impressa inter oculos utrinque, vertice strigosum, obsolete punctulatum, apice macula triangulari, membranacea, flava, medio impressa; labrum profunde emarginatum, dense flavo-ciliatum; palpis nigris, articulis omnibus apice ferrugineis. Oculi vix prominuli, transversi, glauci. Antennae capite parum longiores, nigrae, nitidae; capitulorum dimidio extrorsum testaceo-flavo.

Thorax totus niger, nitidus, glaber, postice angustatus, basi et apice truncatus, lateribus obliquis, vix sinuatis, supra parum convexus, inaequalis, disco longitudinaliter anguste canaliculatus, impressione flexuosa ante

medium transversim sat impressus, lateribus et postice explanatus, immarginatus, apice marginatus; lateribus crebre, disco vase et obsolete punctatus.

Scutellum magnum, triangulare, crebre et profunde strigoso-punctatum, ad basin transversim valde depresso.

Elytra oblonga, postice dilatata, nigra, nitida, rude, sed vase punctata, apice sinuato-truncata, supra nonnihil convexa, dorso impressa, obsoletissime bilineata, lateribus declivia; fascia lata, sinuata, transversa laete-aurantia paullo ante medium, et altera juxta apicem ad marginem lateralem confluentibus, decorata.

Corpus subtus piceo-nigrum, subnitidum, confertissime, sed obsolete granulatum; pectore testaceo-piloso.

Pedes robusti, elongati, picei, subpunctati, nitidi; tarsis in mare dense flavo-pubescentibus.

E Mongolia misit illustr. Dr. Turczaninoff. — In Museo Acad. Imper. Scient. Petropolitanae et Faldermanni.

Nro. 17. *Silpha mongolica* mihi. Ovata, nigra, convexa; elytris fusco-nigris, rude punctatis, convexis, lineis tribus parum elevatis, lateribus profunde carinatis.

Longit. $6\frac{1}{2}$ lin. Latit. 4 lin.

Statura et magnitudo Silphae tristis Illiger, paullo tamen major, praesertim latior et convexior; lateribus magis rotundatis.

Caput deflexum, angustatum, nigrum, opacum, creberrime punctatum, fronte modice convexa, apice profunde emarginatum vel bifidum, linea transversali intra apicem, inter oculos gibbum, vertice transversim depresso; ore rufo-ciliato. Oculi prominuli, globosi, picei. Antennae thorace paullo breviores, piceae, subnitidae, extrorsum sensim incrassatae, articulis tribus ultimis cinereo-fuscis.

Thorax transversus, niger, opacus, longitudine dimidio fere latior, basi truncatus, tenuiter trisinuatus, angulis omnibus obtusis, antice angustatus,

lateribus oblique rotundatus, sat reflexus, apice truncatus, leviter emarginatus, nonnihil reflexus, supra modice convexus, aequalis, undique confertissime aequaliter punctulatus, supra scutellum transversim parum depresso, latera versus nonnihil explanatus.

Scutellum triangulare, fusco-nigrum, creberrime punctulatum, opacum, supra impressum; margine postico pauculo elevato, nitido.

Elytra thoracis latitudine, ovata, valde convexa seu gibba, fusco-nigra, subnitida, confertissime aequaliter rugoso-punctata, lateribus rotundata, declivia, profunde carinata, apice rotundata, integra, lineis tribus, modice elevatis, quarum media longior.

Corpus subtus et pedes crebre punctulati, nigri, nitidi, subgriseo-pubescentes.

E Mongolia misit Dr. Turczaninoff. — In Museo Acad. Imper. Scient. Petrop. et Faldermanni.

Nro. 18. *Silpha sculptipennis* mihi. Nigra, opaca, oblonga, parallela; thorace apice truncato; elytris elongato-quadratis, integris, lineis tribus elevatis, et punctis majoribus crebre impressis.

Longit. $6\frac{1}{2}$ lin. Latit. $3\frac{1}{2}$ lin.

Magnitudine praecedentis, plerumque tamen angustior, elytris thorace angustioribus, parallelis valde dissimilis.

Caput declinatum, minute, sed crebre punctatum, nigrum, vertice transversim profunde carinatum; labrum late, sed minus profunde emarginatum, rufo-cliatum. Antennae thorace breviores, structura et color ut in praecedente.

Thorax latitudine duplo fere brevior, niger, creberrime punctulatus, basi obtuse rotundatus, utrinque sinuatus, lobo medio truncatus, lateribus rotundatus, antice angustatus, reflexus, marginatus, apice truncatus, margine elevatus, supra convexus, disco aequalis, juxta basin transversim tenue depresso, latera versus explanatus.

Scutellum triangulare, planum, inaequale, confertim strigoso-punctatum, nigrum.

Elytra thorace angustiora, oblonga, parallela, apice obtuse rotundata, integra, supra modice convexa, tri-carinata, punctis magnis et rugis immixtis profunde impressa, ad latera declivia, valde reflexa, marginata, lineis tribus acute elevatis, prima et secunda a sutura apicem fere attingunt, tertia breviores, ordo e punctis minutis, impressis lineas elevatas utrinque cingit, praeterea foveolis confertis seriatim collocatis in lateribus juxta marginem.

Corpus subtus tumidum, obsolete, sed crebre punctulatum, subnitidum, pube prostrata parce obtectum, ano ipso ferrugineo.

Pedes validi, nigri, nitidi, obsoleteissime punctulati; tibiis rufo-setosis; tarsis piceo-nigris, dense griseo-pubescentibus.

E Mongolia, misit Turczaninoff. — In Museo Faldermanni.

Nro. 19. *Aphodius antiquus* mihi. Breviter-ovatus, depresso, piceo-niger; clypeo trituberculato; thorace rude punctato; elytris profunde carinatis, opacis, interstitiis valde acuteque elevatis.

Longit. $2\frac{3}{4}$ lin. Latit. $1\frac{1}{2}$ lin.

Magnitudo et statura omnino Aphodii subterranei Fabr.

Caput nigrum, opacum, angulatum, undique crebre rugoso-punctatum, vertice tri-tuberculatum; clypeo depresso, tenue emarginato, margine reflexo, lateribus nonnihil explanato.

Thorax longitudine duplo latior, niger, subnitidus, lateribus reflexus, ante dilatatus, pone medium oblique angustatus, basi leviter bi-sinuatus, lobo medio sat productus, apice truncatus, angustissime rufo-marginatus, supra convexus, punctis magnis inaequaliter sat crebre impressus, juxta basin punctis in seriem collocatis.

Scutellum triangulare, postice acutissimum, nigrum, opacum, crebre et rude punctatum, postice parum laevius.

Elytra brevia, picea, opaca, lateribus valde declivia, medio nonnihil dilatata, apice rotundata, dorso deplanata, aequaliter late et profunde carinata, carinarum fundo plano, striis tribus crenulatis, elevatis, et sulcis angustis, acute et valde elevatis.

Corpus subtus nigrum, creberrime punctatum, subpilosum.

Pedes robusti, nitidi, picei, parce punctati, pilis rufis, longis vase obsiti.

E Mongolia misit Dr. Turczaninoff. — In Museo Acad. Imper. Scient. Petrop. et Faldermanni.

Nro. 20. *Trox eximus* mihi. Griseo-niger, valde convexus, opacus; thorace inaequali, eroso-punctato; elytris profunde striatis, interstitiis laevibus, crebre interruptis, rufo-setosis.

Longit. 6 lin. Latit. $3\frac{3}{4}$ lin.

Magnitudine Tr. Morticini Pall. longitudinis respectu plerumque crassior, magis rotundatus, et elytrorum sculptura bene distinctus.

Caput nigrum, opacum, obsolete undique vase punctatum; clypeo brevi, semicirculari, plano, lateribus tenuiter angulato, linea transversa inter oculos impressa. Os dense rufo-ciliatum. Antennae piceae. Thorax brevis, latitudine plus duplo brevior, lateribus rotundatus, immarginatus, aequaliter dense laete rufo-fimbriatus, basi bisinuatus, ciliatus, lobo medio parum producto, nonnihil emarginato, supra convexus, inaequalis, griseo-niger, opacus, dorso longitudinaliter canaliculatus, undique rude, sed vase punctatus, lateribus paullo explanatus, ibique punctis majoribus, confluentibus, apice late et profunde emarginatus, haud ciliatus, sed angustissime testaceo-marginatus, angulis anticis prominulis, rectis, acutis, posticis obtusis.

Scutellum subtriangulare, laeve, opacum, basi rufo-pilosum.

Elytra obtusa, valde convexa seu gibba, griseo-nigra, media parte dilatata, brevissime rufo-fimbriata, supra profunde aequaliter striata, interstitiis planis, laevibus, subnitidis, crebre interruptis, unde tuberculis planis, plurimis appa-

reunt, in fundo striarum pone tuberculos setulis brevissimis, rufis, prostratis obsita.

Corpus subtus nigrum, opacum; pectore creberrime rude punctato, brevissime parce piloso; abdomine plano, coriaceo.

Pedes validi, breves, crebre eroso-punctati, rufo-pilosi; femoribus anticis latissimis, rufo-ciliatis, intus excavatis; tibiis anticis acute multo-dentatis, dentibus extrorsum sensim majoribus, ultimo bi lobo.

In Museo Acad. Imper. Scient. Petrop. et Faldermanni. — Habitat in Mongolia. Missus a Dr. Turczaninoff.

Nro. 21. *Trox pinguis mihi.* Niger, subnitidus, elongatus; thorace creberrime eroso-punctato; elytris oblongis, apice valde retusis, seriatim tuberculatis, pallide setosis.

Longit. $5\frac{1}{2}$ lin. Latit. 3 lin.

Statura fere praecedentis, plerumque vero angustior, et elytrorum rugositate distinctus; aliqua ex parte magnitudine et statura Tr. undulati Zoubkowii in lit., quae vero species elytrorum sculptura diversa facile distinguitur.

Clypeus semicircularis, utrinque tenuiter sinuatus, margine leviter reflexus, supra adpressus, nonnihil inaequalis, confertissime eroso-punctatus; ore et pectore dense rufo-pilosus; antennis piceis.

Thorax transversus, longitudine duplo latior, basi tenuiter bi-sinuatus, lobo medio producto, rotundato, angulis posticis truncatis, lateribus antice oblique angustatus, et, ut ad basin, rufo-fimbriatus, apice late et profunde emarginatus, ibique angulis sat prominulis, acutis, tenue rufo-marginatus, supra convexus, confertissime eroso-punctatus, latera versus praesertim postice explanatus, setulis brevissimis, rufis sparsim obsitus.

Scutellum triangulare, apice obtusum, ibique obsolete, sed ad basin crebre eroso-punctatum.

Elytra oblonga, apice valde retusa, apicem versus nonnihil dilatata, late-

ribus carinata, supra valde convexa; tuberculis planis, laevibus, subnitidis in series collocatis, et granulis et setulis interstitiisque confertim ampliatis.

Corpus subtus opacum, cum pedibus creberrime et rude punctatum; ab domine coriaceum; tibiis anticis obtuse dentatis.

E Mongolia misit Dr. Turczaninoff. — In Museo Acad. Scient. Imper. Petrop. et Faldermanni.

Nro. 22. *Phileurus chinensis mihi*. Elongatus, piceo-niger, nitidus; clypeo cornuto, apice acute tri-lobato; thoracis disco carinato; elytris confertissime punctato-striatis.

Longit. $9\frac{1}{2}$ lin. Latit. 5 lin.

Statura et partium formatione exacte Phil. didymo Fabr. similis, dimidio autem minor et clypei structura aliqua ex parte distinctus.

Clypeus triangularis, piceo-niger, nitidus, apice peculiariter tri-lobatus, lobis erectis, acutis; fronte cornuta, inter oculos transversim profunde carinata, inaequaliter ubique rude punctatus, margine laterali antice profunde carinatus, cum apice fusco-ciliatus. Oculi parvi, haud prominuli, testacei. Antennae totae nigrae.

Thorax transversus, latitudine duplo fere brevior, undique aequaliter tenue marginatus, basi exacte truncatus, lateribus rotundatus, angulis posticis obtusis, apice late emarginatus, fusco-ciliatus, ibique angulis sat prominulis, sub-acutis; supra convexus, piceo-niger, lucidus, in disci medio longitudinaliter late carinatus, pone medium obsolete et minute, sed in fundo carinae et ad latera ejus, antice praesertim, rude punctatus.

Scutellum postice semicirculare, planum, nitidum, piceum, sublaeve, vage punctatum.

Elytra elongata, picea, nitida, lateribus linearia, apice rotundata, subemarginata, supra valde convexa, seu cylindrica, confertim, sed haud profunde punctato-striata, punctis griseis, cicatricosis, interstitiis vix elevatis, obsoleis-

sime rugulosis, callo humerali et postico laevibus, lateribus anguste carinata, marginata.

Corpus subtus piceum, subnitidum, fusco-pilosum, pectore crebre et rude, abdomine obsolete et vage punctatis. Pygidium suboccultum, coriaceum.

Pedes robusti, picei, setulis fuscis parce obsiti, vage et obsolete punctulati; tibiis anticis externe tri-dentatis, dentibus longis, acutis; tarsis elongatis, simplicibus.

In China boreali legit Dr. Bunge. — Unicum specimen in Acad. Imper. Scient. Petrop. Museo exstat.

Nro. 23. *Phileurus morio mihi*. Totus ater, opacus; fronte cornuta; clypeo bilobo; thoracis disco aequali, medio canaliculato; elytris confertim profunde punctato-striatis.

Longit. 8 lin. Latit 4 lin.

Praecedenti valde similis, paullo tamen minor, pro longitudine angustior, structura clypei et elytrorum punctura praecipue distinctus.

Caput rude rugoso-punctatum; clypeo triangulari, bi-dentato, dentibus erectis, obtusis, in medio emarginato, lateribus ante oculos nonnihil explanato; vertice tumido, cornu conico, tereti, brevi, obtuso; pilis pallidis, longis vage obsitum. Oculi parum prominuli, aterrimi, lucidi, nonnihil globosi. Antennae nigrae, capitulo piceo.

Thorax quod ad formam exacte ut in antecedente, punctura tamen plerumque majori, lateribus magis reflexis, antice paullo profundius emarginatus, ibique angulis etiam acutioribus, canalicula disci minus profunda, fundo vero adhuc crebrius punctato, margine antico rufo-ciliatus.

Scutellum subtriangulare, postice obtusum, supra leviter impressum, sublaeve.

Elytra a thorace remota, a basi ad apicem sensim latiora, lateribus reflexa, marginata, apice obtuse rotundata, supra aequaliter convexa, confertim

et sat profunde, sed aequaliter striata, striarum fundo erosio-punctato, striarum intersticiis convexis, laevibus, subnitidis, sub oculo acutissime armato vage punctatis.

Corpus subtus totum atrum, opacum, obsoletissime vage punctatum; pectore pilis longis, rufis sparsim obtecto. Pygidium suboccultum, coriaceum, transversum, acute marginatum; foveola oblonga, transversa, sat profunda ad latera utrinque.

Pedes validi, rufo-ciliati; tarsis erosio-punctatis; tibiis anticis tri-dentatis dentibus obtusiusculis.

Patria China borealis. — Unicum specimen in Mus. Acad. Imper. Scient. Petropolitanae.

T R E M A T O D E S mihi.

G E N U S N O V U M.

Character generis: Labrum sub elypto absconditum, breve, validum, antice rotundatum, apice profunde emarginatum, pilis longis, rigidis parce obsitum, angulis posticis utrinque acuminatis.

Mandibulae corneae, breviusculae, subtriquetrae, dorso arcuatim rotundatae, apice subacuminatae, pilis sparsim obsitae, intus excavatae, subcrenulatae, dente parvo munitae.

Maxillae corneae, basi valida, antice angustatae, apice tridentatae, dentibus acutis, parce pilosae.

Labium fere quadratum, apice truncatum, medio leviter emarginatum, laterribus postice subrotundatis, basi truncatum, angulis utrinque parum productis, subacuminatis, pilis aliquot longis, rigidis obsitum.

Palpi inaequales, setulis nonnullis longis obsessi: maxillares longiores, quadriarticulati; articulo basali parvo, subrotundato, secundo parum elongato, tertio subcordato, et ultimo elongato, cylindrico, antice attenuato; labiales maxillaribus triplo fere breviores, articulo ultimo elongato-ovato, acuminato.

Antennae decem-articulatae, glabrae; clava elongato-ovata, tri-lamellata; articulo basali antrorsum dilatato, apice truncato, basi subpiloso; secundo elongato, subcylindrico, nonnihil incurvato; 3—4 subglobosis; 5—7 transversis, contractis, antrorsum sensim dilatatis; 8—10 clayam formantibus.

A. *Trematodes*, foraminosus.

Observatio. Species genus nostrum constituens ab immortali Pallasio (Icones Insectorum Rossiae Sibiriaeque pag. 9, Tab. A, Fig. 9.) sub nomine Scarabaei tenebrioidis descripta, ob characteres essentiales supra allatos, praesertim ob corporis formam et clypei figuram, quae a generis Scarabaei structura longe sunt diversae, separationem merito postulare videtur.

Nro. 26. *Trematodes Pallasii* mihi. Oblongo-ovatus, totus atro-piceus, subopacus, glaber; clypeo vix emarginato, reflexo; thorace rude punctato, apice postice que testaceo-fimbriato; elytris punctato-scabrosis.

Longit. $6\frac{1}{2}$ lin. Latit. $3\frac{2}{3}$ lin.

Caput subdeflexum, transversum, subquadratum, atro-piceum, confertissime rude et erosio-punctatum, glabrum, vertice leviter convexum, linea subsinuata ante oculos transversa; clypeo apice reflexo, obtuse rotundato, fere truncato vix emarginato. Oculi parvi, nonnihil prominuli. Antennae palpaeque ferrugineae.

Thorax transversus, atro-piceus, glaber, basi truncatus, utrinque levissime, emarginatus, angulis posticis parum prominulis, acutis, lateribus in medio angulatim dilatatus, margine tenuiter reflexus, crenato-serratus, ciliis rigidis, recurvatis, testaceis sparsim obsitus; apice levissime late emarginatus, elegan-

tissime testaceo-fimbriatus, margine ipso subincrassato, nitido, supra convexus, utrinque subgibbus, undique crebre eroso-punctatus.

Scutellum transversum, piceo-nigrum, glabrum, postice rotundatum, basi transversim sat impressum, supra planum, punctis majoribus vage dispersis impressum, postice laevior, limbo ferrugineo, basi testaceo-ciliatum.

Elytra basi thoracis latitudine, dein medium versus dilatata, pone medium iterum angustata, lateribus acute reflexis, apice truncata, testaceo-fimbriata, basi truncata, supra fornicata, piceo atra, rugoso-punctata, subscabra; callo humerali nonnihil prominulo; intra humerum fovea elongata plana, paullo impressa; callo apicali fere obsoleto; latere subgibba, sub oculo fortius armato setulis numerosis, brevissimis, prostratis, testaceis, irregulariter ubique obtecta.

Pygidium parum productum, piceum, subrotundatum, parce punctatum, scabrum, convexum, undique acute marginatum, margine ipso reflexo, postice parum ciliatum.

Corpus subtus piceo-atrum, nitidum, obsolete punctatum, pilis brevibus adpressis, testaceis parce vestitum; abdomine in medio sat impresso; ano ferrugineo.

Pedes validi, rude sed sparsim punctati, nigro-picei, nitidi, parce pilosi setulis nonnullis immixtis; tibiis anticis antrorum dilatatis, extus tri-dentatis, dentibus acutis, intus longe-calcaratis; tarsis piceis; unguiculis bifidis.

Patria China borealis et Mongolia.

Nro. 25. *Melolontha Gebleri* mihi. Elongata, cylindrica, supra glabra, tota nigro-picea; clypeo rotundato, emarginato; thorace lateribus parum dilatato, macula brunnea signata; elytris lineatis; sutura incrassata.

Longit. $7\frac{1}{2}$ lin. Latit. $3\frac{3}{4}$ lin.

Mel. transversae Fabr. subsimilis, magis tamen cylindrica et postice magis angustata.

Caput latum, subretractum, nigrum, glabrum, inaequaliter confertim rude punctatum, linea angusta transversali, subsinuata, ante oculos sat impressa; clypeo apice rotundato, emarginato, margine valde reflexo, subbilobo, supra plano, crebrius sed aequaliter punctato; antennis nigro-piceis; palpis ferrugineis; ore rufo-ciliato.

Thorax latitudine duplo brevior, aequaliter valde convexus, glaber, vase, sed rude punctatus, basi apiceque-truncatus, lateribus crenato-marginatus, in medio rotundatus dilatatus, ibique rufo-maculatus, praeterea foveola parva at profunda paullo pone medium versus latera utrinque.

Scutellum transversum, semicirculare, postice vix acuminatum, supra laeve, glabrum; ad basin punctis nonnullis vase impressis.

Elytra elongata, cylindrica, glabra, lateribus valde declivia, subrotundata, abdomine multo breviora, apice obtuse rotundata, confertissime ubique rude rugoso-punctata, obsolete quadri-striata, striis apicem versus evanescentibus, sutura incrassata, callo apicali vix prominulo, juxta apicem crebrius et fortius rugosa.

Pygidium valde productum, incrassatum, piceum, nigro-irroratum, rude punctatum; foveola rotundata sat profunda utrinque impressum.

Corpus subtus valde inflatum; pectore subpiloso, obsolete punctato; abdome glabro, polito, punctis aliquot dispersis impresso.

Pedes mediocres, picei, subhirsuti; tarsis elongatis, tenuibus, ferrugineis; unguiculis apice bifidis.

Unicum specimen in Museo Faldermanni. — E Mongolia, missit Dr. Turczaninoff.

Nro. 26. *Melolontha?* *agnellus* mihi. Cylindrica, elongata, testacea, pilosa; clypeo sat reflexo, rude punctato; thorace subgibbo; elytris apice retusis, haud callosis.

Longit. $3\frac{3}{4}$ lin. Latit. $2\frac{1}{2}$ lin.

Insectum hoc minutum affinitatem quandam offert cum Mel. Henningii, quamvis multoties minor evadat formaque peculiari distinguatur.

Caput crebre et rude punctatum, testaceo-villosum, brunneum; clypeo obtuso rotundato, vix emarginato, sat reflexo, margine ipso tenuissime nigro-colorato, intra apicem transversim carinato. Oculi globosi, parum prominentes, nigri. Antennae testaceae, nitidae; capitulo tri-lamellato.

Thorax brevissimus, transversus, testaceo-brunneus, basi truncatus, subtriangularis, lateribus tenuissime marginatus, deflexus, in medio valde dilatatus, apice truncatus, angulis omnibus obtusis, supra valde convexus, aequalis, punctis majoribus, confluentibus sat crebre impressus, pilis longis, erectis, testaceis obsitus, praeterea macula pallida ad latera utrinque signatus, ibique etiam foveola minuta, impressa notatus.

Scutellum subtriangulare, nitidum, rude rugoso-punctatum. Elytra elongata, sublinearia, cylindrica, pallidiora, supra aequalia, punctis majoribus et rugulis immixtis aequaliter impressa, obsoletissime striata, intra apicem fortius rugosa, ibique haud callosa, sutura non incrassata, pilis rigidis, obliquis sat dense vestita.

Corpus subtus incrassatum, leviter coriaceum, testaceum, dense praecepue in pectore villosum.

Pedes tenues, pilis flavis et setulis rigidis obsiti. E China boreali misit D. Turczaninoff. — Unicum specimen in Museo Faldermanni.

Nro. 27. *Melolontha rubetra* mihi. Elongata, fusca, breviter pilosa; clypeo subquadrato, emarginato, vertice inaequali; thorace gibbo, rude punctato; elytris cylindricis, lateribus linearibus.

Longit. 5 lin. Latit. 2½ lin.

Similitudinem quandam habet cum Mel. Henningii Gebleri, sed forma an-

gustiore et magis elongata, clypeo breviore et elytrorum striis totis obsoletis facile distinguitur. Caput latum, inaequale, valde eroso-punctatum fuscum, nigro-irroratum, vertice transversim carinatum, parce pilosum; clypeo truncato, emarginato, aequaliter sat reflexo, margine ipso nigro. Oculi valde prominuli, globosi, aterrimi. Antennae trilamellatae, testaceae.

Thorax transversus, longitudine triplo fere latior, valde convexus, fuscus, lateribus declivis, medio rotundatus, basi obtuse rotundatus, marginibus omnibus nigris, supra aequalis, punctis magnis, sed haud profundis, subconfluentibus impressus, foveola nigra ad latera utrinque et pilis flavis obsitus.

Scutellum triangulare, subnitidum, punctis nonnullis grossis, obsoletis impressum.

Elytra linearis-elongata, cylindrica, fusca, confertissime aequaliter rude punctata, nonnihil rugosa, lineis nullis, margine suturali subincassato, pilis brevibus, obliquis, griseo-flavis parce obtecta.

Pygidium testaceum, rude punctatum, apice rotundatum, fusco-marginalium, subpilosum.

Corpus subtus valde incrassatum, testaceo-fuscum, grosse punctatum, villosum.

Pedes breves; femoribus testaceis; tibiis tarsisque fuscis.

E China boreali. — Unicum specimen in Museo Acad. Imper. Scient. Petropolitanae servatur.

I D I O C N E M A mihi.

G E N U S N O V U M.

Character generis: Labrum sub clypeo absconditum, apice incrassatum, parum emarginatum, apice subciliatum.

Labium truncatum, tenuiter late emarginatum, apice submembranaceum, basi pilosum. Maxillae corneae, intus apice acute quadridentatae.

Palpi inaequales; articulo ultimo valde elongato, oblongo-ovato, apice subacuminato.

Mandibula cornea, apice arcuata, acute tridentata.

Antennae articulis decem; clava triphylla, articulo primo baseos longissimo, apice valde incrassato, reliquis subglobosis, extrorsum sensim tenuioribus; lamellae valde elongatae, sublineares, angustae.

Clypeus angustatus, apice rotundatus, immarginatus.

Corpus subtus valde tumidum.

Pygidium admodum exsertum.

Pedes validi, breviusculi; tibiis anticis angustatis, sublineari-elongatis, apice peculiariter subarcuatim prolongatis, acutis, extus brevissime unidentatis.

Nomen desumptum ab ἕδος peculiaris et οὐρήιη tibia.

Nro. 28. *Idiocnema sulcipennis* mihi. Oblongo-ovata, flavo-testacea, glabra, nitida; clypeo magno, obsolete crebre punctulato; elytris profunde sulcatis, vase punctatis.

Longit. $4\frac{1}{2}$ lin. Latit. $2\frac{1}{3}$ lin.

Magnitudine Anisopliae horticolae Fabr. aequalis, paullo tamen longior et parum angustior.

Caput magnum, rotundatum, flavo-testaceum, certo situ subaeneum, vertice aequaliter convexum, undique confertissime, sed minute punctatum, glaberrimum, nitidum, summo vertice transversim leviter rugulosum, nonnihil infuscatum; clypeo apice rotundato, integro, parum reflexo, supra plano, subopaco; linea obscura, angustissima, transversali inter oculos vix elevata. Antennae testaceae; capitulo palpisque ferrugineis. Oculi magni, valde prominuli, nigri, subluridi, globosi.

Thorax transversus, longitudine duplo latior, basi tenuissime bisinuatus, lobo medio obtuse rotundato, lateribus vix dilatatus, subrotundatus, tenuiter marginatus, apice truncatus, margine paulisper incrassatus, margine ipso

fusco-aeneo, supra aequaliter modice convexus, glaberrimus, nitidus, subtiliter punctatus, flavo-testaceus, certo situ, sicuti caput, aeneus, disco paullo infuscatus, latere pallidior, ibique punto parvo utrinque impressus.

Scutellum postice rotundatum, subacuminatum, glabrum, profunde punctatum, flavo-testaceum, nitidum, marginibus lateralibus anguste fusco-marginatum.

Elytra postice parum angustata, sublinearia, brevia, singula apice rotundata, supra modice convexa, flavo-testacea, glabra, vage et obsolete punctata, nitida, sulcis octo sat profundis

Pygidium valde exsertum, tumidum, totum pallidum, obsoletissime coriacum, glabrum, foveola parva ad latera utrinque impressum.

Corpus subtus incrassatum, flavum; pectore rude punctato, pilis nonnullis obsito. Abdomen glabrum, nitidum, obsoletissime vage punctatum; segmentorum tribus mediis brunneis, reliquis pallidis; ano subpiloso.

Pedes compressi, breviusculi, flavo-testacei, tibiis anticis apice ferrugineis; tarsis brevibus, obscurioribus, setulis ferrugineis sat dense obsitis, unguiculis bifidis.

E China boreali. — In Mus. Acad. Imper. Scient. Petrop. et Faldermanni. — Illustr. Dr. Bunge insectum hoc elegantissimum in Acacia macrophylla sua Junio mense captum esse annotavit.

Nro. 29. *Anomala mongolica* mihi. Supra concolor, tota laete viridi-aenea, subnitida, punctatissima; clypeo obtuse rotundato; elytris obsoletissime striatis; subtus viridi-cuprea.

Longit. 9 lin. Latit. $5\frac{1}{4}$ lin.

Splendidum hoc insectum affinitatem quandam offert cum *Anom. aurata* Fabr., dimidio tamen major, convexior et supra plerumque magis aequalis, clypei forma etc. diversum.

Caput latum, modice convexum, crebre et forte punctatum, viridi-aeneum,

nitidum; clypeo lato, transverso, apice obtuse rotundato, plano, aequaliter tenue reflexo; linea angustissima, subarcuata inter oculos transversa, vix elevata. Oculi parum prominuli, globosi, lucidi, lurido-nigri.

Thorax transversus, latitudine plus duplo brevior, basi rotundatus, tenuiter bisinuatus, angulis obtusis, lateribus rotundatus, marginibus ubique aequaliter tenue reflexus, apice late, sed haud profunde emarginatus, ibique angulis subacutis, lurido-marginatus, supra convexus laete viridi-aeneus, nitidus, distincte punctatus, foveola rotunda, parva, plana in medio disci utrinque.

Scutellum subtriangulare, nitidius, parce punctatum planum, in laterum margine laevius, ibique fusco-marginatum.

Elytra oblonga-ovata, abdomine breviora, posterius parum angustata, apice obtuse rotundata, margine ipso postice lurido-marginato, supra aequaliter modice convexa, obsoletissime striata, ubique creberrime eroso-punctata, subrugosa, viridi-aenea, nitida; dorso pone scutellum deplanato, pone medium iterum parum gibboso; callo humerali apicalique sat prominulo.

Corpus subtus inflatum, viridi-cupreum, nitidum, pectore nonnihil griseo-pilosum, obsolete ac crebre punctatum, abdomine obsolete et vase punctatum, glabrum, segmentorum lateribus coriaceum.

Pygidium exsertum, triangulare, paullo adpressum, coriaceum, laete viridi-aeneum.

Pedes robusti, breves, viridi-cuprei; femoribus subpunctatis; tibiis omnibus valde scabrosis.

E Mongolia misit Dr. Turczaninoff. — Unicum specimen in Museo Faldermanni observatur.

Nro. 30. *Anomala lucidula mihi*. Breviter ovata; thorace depresso, viridi-aeneo, elytris testaceis, obsoletissime punctato-striatis, nitidissimis; corpore subtus fusco-aeneo, dense cano-villoso.

Longit. $4\frac{1}{2}$ lin. Latit. $2\frac{3}{4}$ lin.

Magnitudo et statura omnino Anom. errantis Fabr. paullo tamen minor, ac plerumque magis depressa.

Caput latum, cupreo-aeneum, nitidum, distinete punctulatum, vertice modice convexum, glabrum; clypeo deplanato, transverso, pallidiore, obsolete coriaceo, apice obtuse rotundato, subtruncato, integro, tenuissime marginato. Antennis palpisque ferrugineis, antennarum capitulo nigro. Oculi vix prominuli, parvi, subglobosi, fusco-nigri.

Thorax latitudine dimidio brevior, basi obtuse rotundatus, bisinuatus, angulis rectis, obtusis, lateribus ante medium nonnihil dilatatus, subtiliter reflexus, apice truncatus, angulis obtusatis, supra modice convexus, disco depresso, viridi-aeneus, nitidus, undique creberrime ruguloso-punctulatus, latera anguste testaceo-marginata, pilis brevibus nonnullis vase dispersis.

Scutellum triangulare, politum, viridi-aeneum, margine infuscatum, supra planum, aequale, punctis minutis aliquot vase dispersis.

Elytra corporis longitudine, postice angustata, singula apice rotundata, tenuiter marginata, supra modice convexa, testacea, polita, obsoleteissime punctato-striata; callo humerali apicalique vix prominulis.

Pygidium transversum, obscure aeneum, coriaceum, apice subacuminatum.

Corpus subtus fusco-aeneum, totum longe cano-villosum, abdomine retusum, obsoleteissime vase punctatum.

Pedes tenues, cano-pilosí; femoribus testaceis; tibiis tarsisque anterioribus quatuor ferrugineis, posticis fusco-aeneis; unguiculis apice bifidis.

Patria China borealis. — Unicum tantum in Mus. Acad. Imper. Scient. Petrop. exstat specimen.

Nro. 31. *Anomala? exoleta mihi.* Oblongo-ovata, cylindrica, glabra, testaceo-brunnea; clypeo integro, valde reflexo, subquadrato; elytris confertim obsolete sulcatis, rugoso-punctatis; corpore subtus flavo.

Longit. $6\frac{2}{3}$ lin. Latit. $3\frac{2}{3}$ lin.

Anomala Vitis Fabr. paullo major, multo angustior, et magis cylindrica. Haec species, quae a reliquis congeneribus forma oblonga et postice angustata facile distinguitur, et similitudinem quandam cum Melolontha reflexa Fabr. habet, forsan genus novum constituere debet.

Caput exakte quadratum, parum depresso, consertissime erosio-punctatum, castaneum, glabrum, oculos circum tantum pilis quibusdam obsitum, inter oculos subinaequale; clypeo pallidiore, apice obtuso, integro, valde reflexo, supra valde impresso, coriaceo, margine ipso tenuissime nigricante. Antennae palpaeque totae testaceae. Oculi maximi, valde prominuli, globosi, nigri, glauco-irrorati.

Thorax transversus, plus duplo brevior, ad basin in medio rotundatus, utrinque sinuatus, margine reflexus, nigricans, ibique angulis vix productis, rotundatis, lateribus aequaliter rotundatus, marginatus, apice late, sed minus profunde emarginatus, angulis nonnihil productis, acutis, supra convexus, brunneus, glaber, nitidus, obsolete fusco-marmoratus, disco longitudinaliter tenui canaliculatus, lateribus flavo-testaceis, ubique distincte punctulatus, juxta basin transversim leviter depresso.

Scutellum postice rotundatum, ferrugineum, glabrum, rude punctatum, margine laterali dilutiore, basi breviter parce et fusco-pilosa.

Elytra elongata, sublinearia, glabra, nitida, brunnea, lateribus in medio vix rotundata, margine ubique obscuriora, supra convexa, consertim, sed obsolete sulcata, inaequaliter rugoso-punctata, punctis subseriatim collocatis.

Pygidium triangulare, pallidum, apice obtusum, subconvexum, pilis nonnullis rigidis obsitum, tenuissime coriaceum, margine et superius branneo-signatum.

Corpus totum subtus in femoribusque pallido-testaceum, parce flavo-pilosum, obsolete coriaceum.

Pedes robusti, valde setosi; tibiis tarsisque, praesertim posticis ferrugineis, tarsis longiusculis.

In Museo Acad. Imper. Scient. Petrop. et Faldermanni. — Habitat in
China boreali.

Nro. 32. *Anomala lunata mihi.* Picea, supra testacea, nigro-maculata, glabra;
elytris punctato-striatis, fascia lunari, medio disci suturaque nigris.

Longit. $5\frac{3}{4}$ lin. Latit. $3\frac{1}{2}$ lin.

Statura et magnitudine quodammodo *Anomalae* Julii Fabr., paullo tamen
brevior, et respectu longitudinis latior.

Caput angustatum, vertice valde depresso, nigrum, antice brunneum,
crebre eroso-punctatum; clypeo transverso, valde reflexo, integro, nigro-
marginato, linea sinuata transversali inter oculos. Antennae testaceae, capi-
tulo ovato. Oculi parvi, vix prominuli, nigri.

Thorax testaceus, in baseos medio productus, rotundatus, utrinque tenue
sinuatus, angulis rectis, subacutis, lateribus antice ampliatus, rotundatus,
reflexus, apice late et sat profunde emarginatus, angulis productis, obtusis,
supra convexus, obsolete vage punctatus, linea obsoletissima, longitudinali
in medio disci, margine postico nigro, juxta apicem in medio plagiis duabus
remotis, nigris signatus.

Scutellum magnum, postice rotundatum, supra in medio longitudinaliter
impressum, obsolete eroso-punctatum, fuscum, medio disci testaceo-macula-
tum, pilis aliquot rufis, rigidis, obliquis obsitum.

Elytra oblongo-ovata, testacea, postice angustata, apice obtuse rotundata,
nonnihil dehiscentia, supra modice convexa, punctato-striata, interstitiis vix
rugulosis, nitidis, glabris, sutura, margine lateral i pone medium, et fascia
lunata in disco nigra.

Pygidium flavum, obsoletissime coriaceum, nonnihil tumidum, pilis aliquot
obsitum.

Corpus subtus piceum, ubique obsolete coriaceum, pilis rigidis, rufis sat dense
vestitum, macula flava pectorali utrinque et segmentorum marginibus dilutioribus.

Pedes valde robusti, flavo-testacei, pilis rigidis flavis, et setulis fuscis obsiti; tarsis vix obscurioribus.

Varietas β .

Multo minor, supra tota flavo-testacea, immaculata, sutura tantum paullo nigra.

E Mongolia misit D. Turczaninoff. — In Museo Acad. Imper. Scient. Petrop. et Faldermanni.

E S T E N O M E N U S mihi.

G E N U S N O V U M.

Character generis: Antennae ante oculos insertae; decemarticulatae; artculus basalis magnus, extrorsum valde incrassatus, subdolabrisformis, secundus et tertius parum elongati, reliquis subglobosis, extrorsum sensim breviores; capitulo tri-lamellato; lamellis elongatis, angustatis.

Palpi inaequales; articulo ultimo valde elongato, angustato, subarcuato, apice ipso truncato, tenue impresso.

Maxillae longae, extrorsum subangustatae, dorso subarcuatae, intus dentibus tribus longis, acutis armatae, et setulis rigidis dense obsitae. Labrum latum, apice truncatum, in medio late et profunde emarginatum, utrinque rotundatum, ipso apice pilis rigidis obsitum.

Mandibula cornea, integra, basi subtriquetra, pilosa, anterius attenuata, apice acuta.

Labium valde retractum, antice dilatatum, apice subemarginatum, pilis aliquot longis, rigidis ad basin obsitum.

Clypeus elongatus, ante oculos profunde excisus, ibique sat inflexus, anterius dilatatus, lateribus declinatus, apice obtuse rotundatus, integer, haud reflexus; margine in medio nonnihil elevato.

Pedes elongati, robusti; tibiis anticis anterius dilatatis, extus bidentatis; metatarsis omnibus teretibus; unguiculis bifidis, apice integris.

Nomen Estenomenus, derivatum a graeco vocabulo ἐστενωμένος angustatus, ob clypeum longum apice dilatatum aliqua ex parte rostro anserino comparandum.

Nro. 33. *Estenomenus mirabilis* mihi. Depressus, glaber, aterrimus, nitidus: thorace lateribus clypeo que testaceis; elytris abdomine multo brevioribus, angustioribusque, disco antice brunneis.

Longit. 9 lin. Latit. 4½ lin.

Insectum hoc paradoxum forma aliena, praesertim facie clypei et elytrorum structura ab omnibus congeneribus faciliter distinguitur.

Magnitudine Cetoniam auratam Fab. paullo superat, quamvis multo angustior appareat.

Caput latum, declinatum, nigrum, obsolete coriaceum, glabrum, nitidum, ante oculos profunde excisum, vertice distincte, sed vase punctatum; clypeo testaceo, transversim tenue depresso, utrinque declinato, apice nigro-marginato.

Antennae piceo-nigrae, punctatae: lamellis brunneis. Oculi globosi, parum prominuli, nigri, lucidi.

Thorax niger, glaber, nitidus, longitudine vix latior, antice valde angustatus, ubique immarginatus, basi leviter bisinuatus, lobo medio rotundatus, non nihil productus, angulis posticis rotundatis: lateribus in medio subangulatis, apice valde declivibus, supra vitta testacea margini approximata, anterius parum dilatata utriusque signatis; apice truncatus, latitudine capitinis, supra non nihil convexus, disco pone medium deplanatus, ibique subtilissime vase, sed latera versus crebrius et distincte strigoso-punctatus.

Scutellum triangulare, angulis omnibus, praesertim posticis acutissimis, nigrum, nitidum, medio disci longitudinaliter profunde canaliculatum, glabrum, politum, ad basin utrinque vase punctatum.

Elytra basi thoracis multo latiora, pone humeros abrupte valde constricta, abdomine multo angustiora et breviora, posterius linearia, parum angustata, apice truncata, leviter sinuata, ibique angulis parum prominulis, aequalis, lateribus et apice tenuiter marginata, supra plana, irregulariter vage punctata, glabra, nitida, margine laterali posterius et ad apicem late confertissime transversim strigosa, disco a basi usque ultra medium brunnea, lateribus et apice nigra; humeris valde extensis, rotundatis; linea sinuata transversali intra apicem tenue impressa.

Pygidium valde inaequale, rotundatum, glabrum, transversim strigosum.

Corpus totum subtus nigrum, pectore breviter parce griseo-pilosum, sicuti segmentorum latera strigosum, abdomine setulis brevissimis, parce obsitum; segmento anali transversim rude punctato.

Pedes nigri, robusti, setulis aliquot rufis obsiti; femoribus anterioribus et tibiis omnibus rude strigosis, femoribus posticis vage punctatis.

Unicum tantum in Museo Acad. Imper. Scient. Petrop. reperitur specimen.
Habitat in China boreali.

Nro. 34. *Cetonia jueunda mihi*. Supra dilute viridis, opaca, albo-maculata, sub-setosa; clypeo elongato, bilobo; corpore subtus pedibusque nigris, flavo-villosis.

Longit. $6\frac{1}{2}$ lin. Latit. $3\frac{1}{2}$ lin.

Statura et elytrorum sculptura, nec non pictura fere Cetoniae hirtae Fabris similis, multo tamen major, et pro longitudine angustior.

Caput valde deflexum, nigrum, confertissime distinete rugoso-punctatum, vertice lineola longitudinali obsoleta, pilis flavis, brevibus parce obsitum, fronte utrinque longitudinaliter canaliculata; clypeo elongato, anterius angustato, apice profunde exciso, quare bilobo; antennis totis fusco-nigris; oculis parum prominulis, globosis, piceis.

Thorax basi obtuse rotundatus, supra scutellum emarginatus, immargina-

tus, lateribus subrotundatus, reflexus, anterius angustatus, apice truncatus, supra convexus, viridis, opacus, disco sat crebre et rude eroso-punctatus, lateribus conserit strigosis, vitta angusta juxta marginem lateralim et macula parva subrotundata in medio disci utrinque alba, pilis flavis, brevissimis parce obsitus.

Scutellum magnum, elongatum, triangulare, apice obtusum, viride, totum opacum, planum, laeve, glabrum.

Elytra oblongo-quadrata, viridia, opaca, pone humeros valde constricta, apice obtuse rotundata, supra plana, punctis erosionis, et lineolis arcuatis seriatim sat crebre impressis, callo apicali acute producto, maculis septem latiusculis et quibusdam minutis ad marginem lateralem confluentibus flavo-albidis insingulo signata, praeterea setulis rigidis, brevissimis parce obsita.

Pygidium retusum, nigrum, subtriangulare, rude coriaceum, sat dense sed breviter fusco-pilosum, maculis quatuor latis, flavo-albidis transversim paullo impressis ornatum.

Corpus subtus cum pedibus nigris, subnitidum, sat dense flavo-villosis; segmentorum lateribus albo-maculatis; tibiis anticis obtuse tridentatis.

Varietas β.

Obscurior, elytrorum maculis paullo majoribus et thorace fortius punctato.

In Mus. Acad. Imper. Scient. Petrop. et Faldermanni.

Patria China borealis.

Nro. 35. *Platyope grandis mihi.* Tota nigra, concolor, subrulenta; thorace crebre granulato, disco convexo; elytris lateribus bicarinatis, scabrosis.

Longit. $8\frac{1}{2}$ lin. Latit. 4 lin.

Pimelia granulata Gebleri in lit. paullo major, praesertim multo latior, et postice plerumque minus attenuata.

Caput magnum, rotundatum, vertice convexum, apice truncatum, inter antennas transversim sat depresso, obsolete scabrum, ante oculos utrinque lobatum, lobis porrectis; clypeo grosse punctato. Oculi aterrimi, transversi, pro-

minuli. Antennae piceae, scabrae, thoracis basi paullo longiores, setulis rigidis adpressis, brevibus parce obsitae.

Thorax transversus, latitudine plus duplo brevior, lateribus declivis, postice sinuatim valde angustatus, angulis omnibus acutis, anticis parum productis, posticis subreflexis, basi truncatus, in medio late, sed haud profunde emarginatus, apice truncatus, undique tenue marginatus, supra in disco convexus, latero gibbus, intra apicem tenuiter lunatim et ante scutellum transversim sat depresso, granulis rotundatis, elevatis, in disco sparsim, sed latera versus confertim obtectus.

Scutellum parum elevatum, basi valde angustatum, sed petiolatum, postice dilatatum, apice truncatum, utrinque angulatum, supra planum, laeve.

Elytra elongata, thorace dimidio latiora, subnitida, lateribus subparallelia, ante apicem angustata, subaeuminata, connata, scabra, supra aequalia, sere plana, in disco laevia, minute vase punctata, lateribus bicarinata, ibique conserfissime granulata, granulis irregulariter dispersis, sat elevatis, lateribus valde declivia, inflexa; humeris parum porrectis, rotundatis; basi retusa utrinque sinuata.

Corpus subtus tumidum, piceo-atrum, opacum, ubique minute, sed dense scabrosum.

Pedes longisculi, tenues, lineares, dense scabrosi, picei; tarsis ferrugineis, pilis rufis, longis sat dense obsitis.

E Mongolia misit D. Turczaninoff. — Unicum in Museo Faldermanni servatur specimen.

Nro. 36. *Platyope mongolica mihi*. Atra, subnitida; thorace crebre granulato, disco subdidymo; elytris brevibus, vase distincte granulatis, postice obsolete griseovittatis.

Longit. $5\frac{1}{2}$ lin. Latit. $3\frac{1}{2}$ lin.

Affinitatem quandam offert cum Plat. leucographa Fischeri in lit., paullo tamen brevior et longitudinis respectu latior appareat et thorace multo breviore nec non elytris plerumque magis convexis facile distinguitur.

Caput magnum, transversum, parum deflexum, adpresso, opacum, minutissime, sed dense granulatum, utrinque lobatum, antice transversim profunde canaliculatum, apice truncatum, subemarginatum; fronte bisfoveolata.

Oculi parvi, rotundati, vix prominuli, luridi. Antennae piceae, scabriusculae.

Thorax brevis opacus, apice truncatus, angulis productis, obtuse rotundatis, lateribus ante medium valde dilatatus, subrotundatus, posterius admodum coarctatus, basi truncatus, sat reflexus, angulis obtusis, disco utrinque parum gibbo, intra basin transversaliter valde impressus, juxta apicem transversim tenuiter canaliculatus, tuberculis parvis, rotundatis, praesertim latera versus sat dense obsitus, praeterea lateribus apice posticeque valde impressus. Scutellum transversum, parvum, basi petiolatum, apice truncatum, subrotundatum, laeve, nitidum.

Elytra lata, brevia, subparallela, pone medium sensim acuminata, supra modice convexa, nitida, irregulariter vage granulata, granulis in apice subseriatim collocatis, pube grisea, depressa, fasciculatim inaequaliter dispersa, et postice vittis fere confluentibus signata, utrinque carinata, carina sat elevata, densius granulata, obtusa; humeris sat productis, obtusis; basi utrinque sinuata.

Corpus subtus opacum, minute, sed vage granulatum, griseo-piceum.

Pedes tenues, scabri, picei, longiusculi; tibiis anticis compressis, extus dentatis.

In Museo Faldermanni. — E. Mongolia misit D. Turezaninoff.

Nro. 37. *Akis rugipennis mihi*. Angustata, tota atra, opaca; thorace lateribus valde elevato, disco inaequaliter depresso, angulis posticis spinosis; elytris valde rugosis.

Longit. 11 lin. Latit. $4\frac{1}{3}$ lin.

Magnitudine Ak. acuminatae Fischeri (Ent. Ross. Vol. I. pag. 175) sed angustior, et partium formatione diversa.

Caput porrectum, subquadratum, paullo ante oculos latum et satis depresso, vertice subrugosum, antice minute et crebre granulatum, planum, utrinque carinatum; lateribus ante oculos elevatis, subundulatis, in angulis acuminatis apice productis; antice late, sed minus profunde emarginatum; margine ipso inaequaliter dentato. Oculi parvi, transversi, vix prominuli. Antennae capite cum thorace paullo longiores, nigrae, pilis brevissimis, fuscis parce obsitae, articulis tribus ultimis breviusculis, apice testaceis. Thorax transversus, longitudine medii duplo latior, basi truncatus, angulis posticis valde productis, subspinosis, lateribus oblique valde elevatis, ante medium rotundatis, postice sinuatis, apice late et profunde emarginatus, ibique angulis valde productis acuminatis; supra depresso, valde inaequalis, obsolete vase punctatus, latera versus ante medium longitudinaliter excavatus.

Scutellum transversim canaliculatum.

Elytra thorace valde remota, basi obtuse rotundata, oblongo-ovata, lateribus valde declivia, apice porrecta, acuminata, subdehiscentia, supra plana, tenui longitudinaliter bicanaliculata, postice valde retusa, ubique valde rugosa, margine laterali ante medium acute bicarinata, carinis brevibus nec basin, nec apicem attingentibus.

Corpus subtus obsolete, sed crebre rugoso-punctatum, segmentorum lateribus late foveolatis; pectore minute tuberculoso.

Pedes tenues, lineares, longi, scabrosi, nigri; tarsis ferrugineis.

Patria China borealis.

In Dryadis specie Majo mense capta. — Unicum tantummodo specimen in Museo Acad. Imper. Scient. Petropolitanae servatur.

Nro. 38. *Akis funesta mihi*. Tota atra, opaca, angustata, subparallela; thoracis disco impresso, inaequali, lateribus valde elevatis, postice bispinoso, elytris obsolete rugoso-punctatis.

Longit. 10 lin. Latit. $3\frac{3}{4}$ lin.

Praecedenti subsimilis, attamen minor, praesertim angustior, et thoracis lateribus minus ampliatis bene distincta.

Caput porrectum, antice dilatatum, ante oculos profunde biimpressum, lateribus antice oblique elevatum, apice superne transversim incrassatum, sinuato-truncatum, angulis anticis productis, obtusis, ubique crebre et rude punctatum; ore rufo-piloso. Oculi minutissimi, haud prominuli. Antennae filiformes, thorace vix longiores, extrorsum piceae, articulis tribus exterioribus apice testaceis.

Thorax brevis, rude, sed vage punctatus, disco impressus, valde inaequalis, latera versus profunde canaliculatus, lateribus sat elevatis, crenato-marginatis, pone medium angustatus, antice rotundatus, obsolete rugosus, basi truncatus, anguste marginatus, angulis sat productis, erectis, spinosis, apice profunde lunatim emarginatus, angulis acuminatis.

Scutellum laeve, minutum, transversum, postice subacuminatum, supra tenuiter impressum.

Elytra basi thoracis vix latiora, basi truncata, lateribus parum dilatata, sublinearia, apice obtuse acuminata, connata, supra plana, pone scutellum transversim sat depressa, ante apicem retusa, obsolete ruguloso-punctato, costis duabus longitudinalibus utrinque acutissime elevatis, interiore longiore a basi usque paullo ante apicem extensa, subcrenulata, exteriori multo breviore.

Corpus subtus coriaceum; pectore rude rugosum.

Pedes exacte ut in antecedente.

Patria Mongolia. — In Museo Aead. Imp. Scient. Petrop. et Faldermanni.

Nro. 39. *Akis sepulchralis mihi*. Angustata, sublineari-elongata, tota aterrima, opaca; capite antrorsum dilatato; thoracis disco inaequali, angulis posticis acuminatis reflexis; elytris laevibus, planis.

Longit. 9 lin. Latit. 4 lin.

Praecedenti simillima, sed angustior et capitis antice dilatati forma, nec non thorace paullo breviore, et pagina superiore plerumque laeviore facile distinguenda.

Caput porrectum, ante oculos valde dilatatum, apice sinuato-truncatum, supra planum, inaequale, fovea magna, elongata, inter oculos utrinque, vertice subtilius, antice crebre et distincte punctatum, lateribus ante oculos explanatis, parum elevatis. Oculi et antennae exacte ut in antecedente.

Thorax brevis, longitudine duplo fere latior, basi late, sed haud profunde emarginatus, ibique angulis valde acuminatis, porrectis, reflexis, lateribus anteriorius ampliatus, pone medium parum angustatus, leviter sinuatus, crenatim marginatus, apice profunde angulatim emarginatus, angulis valde productis, obtuse acuminatis, margine antico subtilissime fimbriatus, supra tenue vase punctatus, ante medium et juxta basin sat impressus, utrinque profunde canaliculatus, lateribus obsolete rugosus.

Scutellum transversim ovale, parvum, laeve, supra excavatum. Elytra a thorace remota, basi truncata, humeris angulatim valde productis, acutis, elongata, angustata, thoracis medio vix latiora, lateribus in medio paulo dilatata, apice rotundata, supra plana, laevia, sub oculo armato obsolete rugoso-punctata, carinis lateralibus acute elevatis, subtiliter crenatis, lateribus admodum deflexis, acute marginatis.

Corpus subtus obsolete, sed consertim strigosum, minute, sed crebre punctatum, segmentorum lateribus profundius impressis.

Pedes longiusculi, obsoletius et minutius scabrosi.

Patria China borealis. — Unicum specimen in Musco Acad. Imper. Scient. Petropolitanae servatur.

Nro. 40. *Akis chinensis mili.* Tota atra, subnitida, subparallela; capite antice angustato; thoracis disco gibbo, margine late reflexo; elytris laevibus obsoletissime bilineatis.

Longit. 10 lin. Latit. $4\frac{1}{2}$ lin.

Forma et magnitudine cum Ak. aurita Fischeri convenit, paullo tamen latior, et thorace plerumque breviore, lateribusque paullo magis rotundatis instructa observatur.

Caput rotundatum, ante oculos parum dilatatum, reflexum, antice angustatum, apice truncatum, late, sed haud profunde emarginatum, supra inaequale, subtilissime vage punctatum, profunde biimpressum. Antennae thoracis longitudine, apice ferrugineae. Oculi magis prominuli, picei.

Thorax transversus, basi truncatus, depresso, angulis subacuminatis, reflexis, lateribus antice rotundatis, postice sinuatim angustatus, apice profunde lunatim emarginatus, tenuiter fusco-fimbriatus, angulis valde porrectis, acuminatis, disco convexus, laevis, subnitidus, minute et vage punctulatus, disco medio longitudinaliter angustissime canaliculatus, lateribus oblique valde elevatus, rude transversim rugosus, intra marginem longitudinaliter excavatus.

Scutellum rotundatum, laeve, subnitidum, supra planum.

Elytra subparallelia, basi truncata, lateribus pone medium parum dilatata, apicem versus valde angustata, acuminata, supra plana, laevia, obsoletissime rugulosa, lineis duabus longitudinalibus angustissimis vix impressis, lateribus carinis parallelis, acute sat elevatis, apice valde retusa.

Corpus subtus nitidum, laeve, subtiliter vage punctatum. Pedes ut in praecedente.

Patria Mongolia. — Unicum tantum specimen in Museo Acad. Imper. Scient. Petropolitanae observatur.

Nro. 41. *Tentyria bella mihi*. Parva, subnitida; capite antice incrassato; thorace subcordato, crebre strigoso-punctato; elytris minutissime crebreque punctulatis, obsolete sulcatis.

Longit. $3\frac{1}{2}$ — 4 lin. Latit. $1\frac{3}{4}$ lin.

Magnitudine et statura T. pygmaeae Gebl. (Nouv. Mémoires d. l. Soc. d. Nat.

d. Mosc. Tom. II., pag. 54.) valde affinis, elytrorum tamen punctura et costis secundum descriptionem mihi differe videtur.

Caput rotundatum, supra planum, parum inaequale, ante oculos transversim sat excavatum, quare apice incrassatum, ubique crebre strigoso-punctatum. Antennae capite cum thorace haud longiores.

Thorax subcordatus, basi rotundato-truncatus, lateribus antice dilatatus, apice late tenuiter emarginatus, angulis posticis obtusis, haud prominulis, supra aequaliter convexus, ubique crebre et distincte strigoso-punctatus, disco leviter bimaculatus, undique tenuissime marginatus.

Scutellum transversim ovale, minutum.

Elytra ovata, apice acuminata, lateribus in medio thorace multo latiora, singula basi profunde emarginata, ibique margine sat incrassata, humeris valde productis, supra modice convexa, subtilissime crebre punctata, costis novem obsoletis in singulo elytro.

Corpus subtus laevissimum, nitidum.

Pedes tenues; tarsis piceis.

Varietas β .

Paullo major; capite distinctius punctato, inter antennas profundius excavato; thorace gibbiore, angulis posticis vix prominulis; elytris totis opacis, subpruinosis, humeris magis productis, acuminatis, obsoletissime vix visibiliter punctulatis, ad basin minute vase granulatis; pedibus piceis, tarsis ferrugineis. Forsan species distincta, attamen unicum tantum exemplar possideo.

Patria Mongolia. — In Museo Faldermanni. Missa a D. Stchukin.

Nro. 42. *Tentyria lepida* mihi. Atra; thorace elongato, basi bisinuato, angulis posticis productis acutis, supra angulos posticos utrinque bimaculata; elytris obsolete rugosis, subsulcatis, breviter ovatis.

Longit. $4\frac{1}{2}$ lin. Latit. 2 lin.

Affinitatem quandam offert cum *T. strigosa* Gebleri, (Germar. Ins. spec.

nov. Vol. I. pag. 138) sed statura paullo breviore plerumque magis incrassata et forma thoracis valde diversa.

Caput dense strigoso-punctatum, inter antennas utrinque leviter impressum, fronte plana, subinaequali, apice angustatum, obtuse rotundatum.

Thorax partis mediae latitudine paullo longior, ante medium dilatatus, subrotundatus, postice angustatus, subsinuatus, angulis posticis parum productis, acutis, subreflexis, basi in medio obtuse rotundatus, utrinque tenuiter sinuatus, apice late, sed minus profunde emarginatus, angulis acuminatis, supra aequaliter convexus, confertissime substrigoso-punctatus, foveolis congregatis duabus parvis supra angulos posticos utrinque, undique tenue marginatus.

Scutellum minutissimum, rotundatum.

Elytra breviter ovata, basi profunde lunatim emarginata, ibique margine anguste carinata, humeris acute porrectis, lateribus thoracis medio duplo fere latiora, apice acuminata, supra convexa, obsoletissime minute punctata, juxta suturam a basi usque ad apicem tenue impressa, rugulis latiusculis et sulcis detritis ubique instructa.

Corpus subtus et pedes ut in antecedente.

Patria Mongolia. — In Museo Faldermanni. Missa a D. Stchukin.

Nro. 43. *Tentyria atramentaria miki*. Breviter ovata, gibba; thorace elongato, postice angustato, crebre substrigoso-punctato, angulis posticis subacuminatis; elytris basi emarginatis.

Longit. 5 lin. Latit. $2\frac{1}{3}$ lin.

Praecedenti valde affinis, paullo tamen major, praesertim gibbior, et elytris magis dilatatis dissimilis.

Caput latum, supra laeve, apice angustatum, utrinque distincte carinatum, subcanaliculatum, apice tenuiter incrassatum, ubique crebre et rude punctatum, substrigosum.

Thorax longitudine paullo angustior, lateribus reflexis, ante medium dilatatis, rotundatis, posterius angustatus, sinuatus, angulis posticis vix prominulis, subacuminatis, basi obtuse rotundatus, haud sinuatus, apice vix emarginatus, angulis acutis, supra gibbus, confertissime ubique punctatus, substrigosus, foveola rotundata, plana, parva, in medio disci utrinque.

Scutellum minutum, subcordatum, depresso.

Elytra breviter ovata, thorace plus duplo latiora, apice acuminata, lateribus valde gibba, singula basi parum emarginata, supra valde convexa, obsoletissime rugoso-punctata; humeris parum porrectis, acuminatis.

Corpus subtus cum pedibus ut in praecedentibus.

Patria Mongolia. — In Museo Faldermanni. Missa illust. a D. Stchukin.

Nro. 44. *Tentyria propinqua mihi*. Atra, nitida; thorace subquadrato, postice angustato, subtilissime punctulato; elytris ovatis, subsulcatis, obsolete rugosis, impunctatis.

Longit. 6 lin. Latit. $2\frac{2}{3}$ lin.

Habitu propinqua videtur Tent. elongatae Fischeri, (Leudeboars Alt. Reise II. Theil. III. Sect. pag. 119, 5.) attamen capite apice magis rotundato; thorace paullo breviore, minutius et crebrius punctato; elytris plerumque brevioribus et paullo latioribus, impunctatis et obsolete late rugulosis, faciliter distinguitur.

Caput latum apice rotundatum, in medio parum truncatum, supra planum, laeve, obsoletissime, sed creberrime punctulatum, fovea elongata haud profunda juxta oculos utrinque, ad apicem vix incrassatum. Antennae capite cum thorace paullo breviores. Oculi angusti, transversi, luridi.

Thorax subquadratus, longitudine paullo latior, ante medium ampliatus, rotundatus, postice angustatus, subsinuatus, angulis posticis nonnihil acuminatis, parum reflexis, apice truncatus, flavo-fimbriatus, angulis rectis, acutis, supra aequaliter convexus, confertissime obsolete punctulatus, nitidus, foveola

rotunda supra angulum posticum et linea abbreviata transversa juxta basin utrinque sat impressus, basi truncatus, leviter bisinuatus, marginibus omnibus tenuissime reflexus.

Scutellum parvum, valde impressum, basi flavo-pilosum.

Elytra basi thoracis paullo, in medio duplo latiora, ovata, lateribus valde dilatata, rotundata, gibba, apice acuminata, dorso aequaliter modice convexa, haud punctata, obsoletissime sulcata, rugulis latiusculis obsoletis dense obtecta, basi truncata nonnihil carinata; humeris sat elevatis, acutis.

Corpus subtus laevissimum, nitidum, pectore obsoleto strigoso; pedes ut in antecedente, nec non os et tarsi ferruginea.

Habitat in Mongolia. — In Museum Faldermanni misit D. Turczaninoff.

Nro. 45. *Tentyria amoena mihi*. Atra, supra lucida; thorace elongato, lateribus pone medium profunde sinuato; elytris ovatis, subplanatis, obsolete sulcatis, distincte vage punctatis.

Longit. $5\frac{1}{2}$ lin. Latit. $2\frac{1}{2}$ lin.

Praecedenti subsimilis, paullo tamen minor, thoracis forma longiore, nec non elytrorum dorso deplanato eorumque punctura etc. bene diversa.

Caput ubique minute et vage punctatum, inter antennas utrinque foveolatum, apice subtumidum, linea parum elevata transversali intra apicem, apice obtuse rotundatum, paullo crebrius punctatum, juxta oculos leviter carinatum. Antennae extrorsum parum incrassatae, thorace paullo breviores.

Thorax subcordatus, latitudine nonnihil longior, basi subrotundato-truncatus, haud sinuatus, tenui reflexus, angulis rectis, acutis, apice vix emarginatus, angulis deflexis, subacutis, lateribus ante medium dilatatus, rotundatus, postice sat profunde sinuatus, et ut ad basin reflexus, supra modice convexus, supra scutellum transversim nonnihil depresso, disco pone medium paullo deplanatus, lucidus, obsoleti vage punctatus.

Scutellum minutum, subtriangulare, postice obtusum.

Elytra ovata, lateribus gibba, postice acuminata, supra pone medium convexa, antice deplanata, ubique distincte sed vase punctata, laevissima, lucida; sulcis octo obsoletis in singulo, basi late, sed haud profunde emarginata, crenato-marginata, angulis humeralibus valde prominulis, porrectis, subreflexis, acuminatis.

Corpus subtus tumidum, laevissimum, pectore rude rugosum. Pedes breviusculi, picci.

Reperta in Mongolia et missa a D. Turezaninoff. — In Museo Faldermanni.

Nro. 46. *Tentyria cellicola mihi*. Atra, brevis, convexa, subnitida; thorace subquadrato, transverso, angulis posticis subreflexis, superne profunde foveolatis; elytris breviter ovatis, convexis, distincte crebre punctatis.

Longit. $5\frac{1}{6}$ lin. Latit. $2\frac{2}{3}$ lin.

Praecedente paullo brevior et latior, et elytrorum lateribus minus rotundatis instructa.

Caput latum, subquadratum, planum, distincte et crebre punctatum, antice utrinque profunde sinuatum, apice subemarginatum, fovea plana parum elongata frontali, et altera longiori juxta oculos utrinque impressum, ibique angustissime carinatum. Antennae crassiusculae, extrorsum parum incrassatae.

Thorax subquadratus, longitudine paullo latior, basi obtuse rotundatus, tenuissime bisinuatus, anguste marginatus, antice rotundatus, parum rotundatus, pone medium vix sinuatus, lateribus magis reflexus, apice late, sed haud profunde emarginatus, testaceo-fimbriatus, angulis anticis sat deflexis, acuminatis, posticis subacutis, superne profunde foveolatis, supra aequaliter modice convexus, distincte vase punctatus.

Scutellum parvum, cordatum.

Elytra breviter ovata, lateribus gibba, subrotundata, apice acuminata, basi truncata, tenui crenato-marginata, angulis humeralibus nonnihil porrectis,

subacuminatis, supra modice aequaliter convexa, distincte vage punctata, obsolete rugosa, et sulcis obsoletissimis signata.

Corpus subtus vage minute punctatum; pectore obsolete strigoso.

Pedes tenues, obsolete scabrosi; longiusculi; tarsis piceis.

Patria Mongolia. Misit D. Turczaninoff. — In Museo Faldermanni.

Nro. 47. *Tentyria tenebricosa mihi.* Atra, subnitida; thorace quadrato, lateribus pone medium sinuato; elytris breviter ovatis, obsolete sulcatis, subtiliter dense rugosis, impunctatis.

Longit. $5\frac{3}{4}$ lin. Latit. $2\frac{3}{4}$ lin.

Magnitudine et statura fere T. depressae Fischeri in lit. et Tent. Besserii Krynicki Bull. de Nat. d. Mosc. Nro. I. pag. 193) sed elytris convexis, et forma thoracis bene distincta.

Caput latum, planum, nonnihil inaequale, angulatum, obsolete minute et creberrime punctulatum, foveola parva, subrotundata inter antennas juxta marginem laterali utrinque, et carinula abbreviata pone oculos utrinque; apice ipso truncato. Antennae capite cum thorace paullo breviores, extremitate pa- rum incrassatae.

Thorax quadratus, longitudine paullo angustior, antice dilatatus, rotundatus, pone medium sat profunde sinuatus, angulis posticis subdeflexis, acutis, basi obtuse rotundatus, apice late, sed parum profunde emarginatus, angulis parum productis, deflexis, acuminatis, lateribus et postice tenue reflexus, supra modice convexus, subinaequalis, obsolete dense punctulatus, medio disci longitudinaliter, sed anguste levissime canaliculatus.

Scutellum postice rotundatum, supra nitidum, ad basin valde depresso.

Elytra in medio thorace triplo fere latiora, breviter ovata, apice acuminata, supra convessa, obsolete sulcata, dense et late ac detrite rugulosa, sed haud punctata, lateribus valde declivia, margine obsolete carinata, basi truncata; humeris productis, acuminatis.

Corpus subtus laeve, tumidum; pectore obsoletissime anguste ruguloso.

Pedes mediocres, praecedentibus paullo breviores.

Detecta in Mongolia et missa a D. Stchukin. — In Museo Faldermanni.

Nro. 48. *Tentyria implana mhi.* Brevis, atra, opaca; thorace quadrato, concinne punctato, subplanato, angulis posticis superne foveolatis; elytris latis, lateribus valde rotundatis, late rugosis, minute dense punctatis.

Longit. $5\frac{1}{2}$ lin. Latit. 3 lin.

Praecedenti valde similis, paullo tamen brevior et latior, et forma thoracis breviore praeципue diversa.

Caput latiusculum, crebre et concinne punctatum, apice utrinque sinuatum, ipso apice rotundatum, fovea plana, longitudinali, lata, inter oculos utrinque, vertice linea transversali angustissima impressum, praeterea carina abbreviata juxta oculos. Antennae tenues, filiformes thoracem vix superantes.

Thorax quadratus, longitudine paullo latior, lateribus in medio parum dilatatus, subcarinatus, rotundatus, apice late emarginatus, angulis productis, declinatis, subacuminatis, posticis rectangulis, acutis, supra ubique aequaliter confertissime grosse punctatus, disco tenuiter deplanato, subcanaliculato, intra basin transversim depresso, et supra angulum posticum fovea rotunda et sat profunda utrinque instructus.

Scutellum parum angustatum, postice obtuse rotundatum, in disci medio impressum.

Elytra thorace multo latiora, breviter ovata, lateribus valde dilatata, rotundata, supra convexa, confertissime sed minutissime punctata, et rugis latis, elevatis, inaequalibus dense tecta, obsoletissime sulcata, basi truncata; humeris vix productis, obtusatis.

Corpus subtus laeve, nitidum, distinete, sed vase punctatum, pectore rude rugoso.

Pedes breviusculi; femoribus subincrastatis; tarsis piceis.

Reperta in Mongolia. Misit D. Tschugin. — In Museo Faldermanni.

Nro. 49. *Tentyria aucta mihi*. Atra subnitida; thorace subcordato, crebre punctato, gibbo; elytris oblongo-ovatis, valde convexis, obsolete rugosis.

Longit. 5½ lin. Latit. 3 lin.

Praecedenti confinis, paullo tamen major, praesertim convexior.

Caput rotundatum, antice parum angustatum, apice obtusum, utrinque angulatum, supra inaequale, confertissime concinne strigoso-punctatum, fovea plana, elongata inter oculos utrinque, ibique etiam leviter carinatum; ore ferrugineo, dense flavo-piloso.

Thorax transversus, longitudine multo latior, antice dilatatus, in medio parum rotundatus, pone medium haud sinuatus, basi obtuse rotundatus, angulis rectis, acutis, apice late et sat profunde emarginatus, ibique angulis acuminatis, productis, deflexis, undique leviter marginatus, supra aequaliter ubique vase, sed rude punctatus, aequaliter valde convexus seu gibbus.

Scutellum subcordatum, laeve, basi impressum et dense punctatum.

Elytra basi thoracis paullo latiora, in medio valde dilatata, rotundata, apice acuminata, ibique margine sat reflexa, supra valde convexa, seu gibba, tuberculis obsoletis irregulariter dispersis, et rugulis detritis dense obtecta, sub oculo fortissime armato vase punctulata, basi lunatim sat profunde emarginata, subcarinata; humeris satis productis, porrectis, obtusis, lateribus valde inflexa, margine late carinata.

Corpus subtus tumidum, vase punctatum, pectore dense rugoso.

Pedes breviusculi, validi.

Habitat in Mongolia. Misit D. Stchukin. — In Museo Faldermanni.

Nro. 50. *Tentyria vieta mihi*. Elongata, atra, opaca; thorace transversim ovali, basi bisinuato; elytris oblongo-ovatis, profunde striatis, interstitiis elevatis, planis, irregulariter dense interruptis.

Longit. 7 lin. Latit $2\frac{3}{4}$ lin.

Magnitudine et statura in universum T. rugulosae Besseri, paullo tamen minor, et latior, et thoracis forma, nec non elytrorum sculptura abunde diversa.

Caput sat porrectum, antice angustatum, apice acute rotundatum, supra inaequale, ubique confertissime punctulatum, foveola rotundata, parva, atque carinula elongata, angusta inter antennas utrinque, ad apicem nonnihil in-crassatum. Antennae capite cum thorace haud longiores, crassiusculae.

Thorax transversus, lateribus valde dilatatus, rotundatus, aequaliter marginatus, postice vix angustatus, basi truncatus, bisinuatus, reflexus, angulis parum productis subacuminatis leviter reflexis, apice late emarginatus, angulis deflexis, obtusis, supra valde, sed aequaliter convexus, ubique confertissime grosse punctatus.

Scutellum transversum, parum elevatum.

Elytra oblongo-ovata, lateribus parum dilatata, rotundata, basi retusa, subcrenato-marginata, supra convexa, singulo striis profundis novem, interstutiis latis, sat elevatis, supra planis, sublaevibus, impressionibus inaequalibus crebris et profundis interruptis; in medio dorsi longitudinaliter subtilius depressa.

Corpus subtus, praesertim, pectore rude, sed vase punctatum, subnitidum.

Pedes longi; femoribus grosse punctatis; tarsis piceis.

Habitat in Mongolia. Misit illustr. D. Stchukin. — In Museo Faldermanni.

Nro. 51. *Tentyria globata mihi*. Picea, elongata, laevissima, nitida; thorace orbiculato, gibbo; elytris ovatis, gibbis, basi valde coarctatis.

Longit. $3\frac{1}{5}$ lin. Latit. $1\frac{4}{5}$ lin.

Statura exacte Tentyriae globithoracis Stevenii, dimidio tamen major, atque thorace breviore et magis rotundato diversa.

Caput valde exsertum, subdeflexum, apice late, et obtuse rotundatum, supra inaequale, concinne sed vase punctatum, inter antennas utrinque profunde canaliculatum, juxta oculos anguste carinatum, fronte sat impressa.

Antennae thoracis basi paullo longiores, filiformes.

Thorax latitudine nonnihil brevior, lateribus cum basi rotundatus, apice truncatus, ibique angulis subdeflexis, obtuse rotundatis, postice valde coarctatus, basi tenuiter bisinuatus, supra globosus, aequaliter vase, sed rude punctatus, margine laterali leviter, sed postice sat reflexus.

Scutellum triangulare, nitidum.

Elytra ovata, a thorace valde remota, basi valde coarctata, in medio laterum dilatata, rotundata, apice subacuminata, supra gibba, laevia, nitida, thorace paullo pallidiora, minutissime vase punctulata.

Corpus subtus ferrugineum, confertissime grosse strigoso-punctatum; pectore in medio valde rugoso, lateribus punctis majoribus impressis.

Pedes picci, parce punctati, tenues.

Varietas β.

Distinguitur potissimum magnitudine minore, punctis crebrioribus et distinctioribus, porro scutello prominulo, rotundato, nec non superficie tota opaca, pruinosa.

Habitat in Mongolia. Misit D. Turczaninoff. — In Museo Faldermanni.

Nro. 52. *Tentyria arenaria mihi*. Atra, lucida, punctatissima; thorace gibbo, antice dilatato, lateribus ampliato rotundato; elytris laevibus concinne punctatis, basi coarctatis.

Longit. $4\frac{3}{4}$ lin. Latit. $2\frac{1}{6}$ lin.

Magnitudine praecedentis, plerumque tamen minus gibba et paullo latior, sed tota thoracis forma diversa.

Caput latum, depresso, inaequale, antice angustatum, ubique concinne et vage punctatum, foveola plana subrotundata inter antennas utrinque; fronte tenuiter impressa. Antennae thorace paullo breviores, extrorsum non-nihil incrassatae.

Thorax subcordatus, antice valde dilatatus, rotundatus, apice trunneatus, angulis deflexis, acutis, lateribus aequaliter parum reflexus, ante angulum posticum subsinuatus, basi rotundatus, submarginatus, coarctatus, supra gibbus, laevis, lucidus, sub oculo acute armato vage punctulatus, praeterea fovea rotunda, sat profunda supra angulum posticum utrinque.

Scutellum minutum, subtriangulare.

Elytra breviter ovata, basi sat coarctata, in medio dilatata, ibique thorace duplo fere latiora, rotundata, apice subacuminata, supra gibba, laevissima, nitida, distincte, sed vage punctata, basi truncata, crenato-marginata, ubique obsoletissime minute rugulosa; humeris parum porrectis, subacutis.

Corpus subtus tumidum, laevissimum, politum, minutissime punctulatum; pectore laevi, vage et subtiliter punctato, haud rugoso.

Pedes breviusculi, piceo-nigri; tarsis piceis.

Patria Mongolia. Misit D. Turczaninoff. — In Museo Faldermanni.

Nro. 53. *Blaps variolosa mili.* Elongata, anthracina; thoracis disco convexo, vage punctato, inaequali; elytris valde rugosis, lucidis, apice angustatis, longe mucronatis. Longit. $11\frac{1}{3}$ lin. Latit. $4\frac{1}{2}$ lin.

Forma et magnitudine valde convenit cum B. reflexa Gebleri, (Nouv. Mémoires d. l. Soc. d. Nat. d. Mosc. Tom. II. pag. 55;) sed discrepat: statura multo angustiore, thorace vage et distincte punctato, elytrisque postice plerumque magis angustatis, disco impressis et rugis plerumque majoribus instructis.

Caput subtransversum, vage, sed rude punctatum, deplanatum, valde inaequale, vertice dense strigosum, apice truncatum. Antennae thorace paullo breviores.

Thorax quadratus, latitudine vix longior, basi truncatus, angulis parum prominulis, acuminatis, subdeflexis, lateribus subparallelis, leviter reflexis, ante medium vix dilatatis, apice angustatus, late emarginatus, disco convexus, laevis, nitidus, pone medium vase, sed grosse punctatus, ad latera parum explanatus, ibique apice posticeque minute, sed crebre punctatus, intra apicem et juxta basin transversim sat impressus.

Scutellum transversum, pilis rufis prostratis dense obtectum.

Elytra elongata, in medio parum dilatata, pone medium sensim angustata, apice acuminata, acumine communi valde prominulo, lateribus ubique acute leviter reflexa, disco juxta suturam longitudinaliter impressa, postice gibba; rugis latis, valde elevatis, supra planis, confluentibus, lucidis, et variolis profundiusculis confertissime undique aequaliter obtecta.

Corpus subtus concinne crebre punctatum, lateribus et pectore confertim strigosum.

Pedes elongati, sublineares, obsolete scabrosi.

Habitat in Mongolia sinensi. Misit Dr. Bunge.

In Museo Acad. Scient. Imperialis Petropolitanae et Faldermanni.

Nro. 54. *Blaps scabripennis mihi.* Nigra, brevis, opaca, postice obtusa, breviter acuminata; thorace inaequali, crebre strigoso-punctato; elytris fornicatis, alutaceis, confertissime concinne lineatis.

Longit. 8 — 9 lin. Latit. $4\frac{1}{2}$ lin.

Magnitudine et statura Blapis rugosae Gebleri (Humm. Essays Ent. Nro. IV, pag. 48) paullo tamen brevior, et convexior, forma breviore, porro elytrorum rugositate ac striis diversa.

Caput rotundatum, confertissime punctatum, apice truncatum, lateribus antice explanatum, parum elevatum, paulisper sinuatum; linea transversali angustissima inter antennas vix impressa. Antennae thoracis medio paulo longiores, apice piceae.

Thorax quadratus, latitudine paullo longior, basi truncatus, leviter marginatus, nec non trisinuatus, angulis parum prominulis, obtusis, lateribus reflexis, ante medium parum dilatatis, rotundatis, ante angulum posticum leviter sinuatis, apice late, sed haud profunde emarginatus, supra modice convexus, pone medium paullo deplanatus, impressionibus irregulariter confluentibus inaequalis, ubique dense strigoso-punctatus, disco tenuissime canaliculatus.

Scutellum minutum, transversum, retractum.

Elytra brevia, in medio parum dilatata, subrotundata, lateribus pone medium valde reflexa, acute marginata, postice subito in apicem acuminata, ibique subreflexa, sed haud mucronata, disco modice convexa, lateribus gibba et pone medium valde fornicata, ante apicem valde retusa, minute, sed ubique aequaliter dense scabrosa, et distincte confertissime lineata, lineis sub-elevatis minute granulatis.

Corpus subtus concinne ubique et dense strigosum.

Pedes robusti; femoribus omnibus et tibiis anticis obsolete punctatis, subgranulatis; tibiis posterioribus valde scabrosis.

Habitat in Mongolia sinensi. — In Museo Acad. Imper. Scient. Petrop. et Faldermanni.

LEPTOMORPHA mihi.

GENUS NOVUM.

Character generis: Maxillae corneae, antice profunde bipartitae, apice acuminatae, intus minutissime denticulatae, nec non ciliatae.

Mandibulae basi subtriangulares, robustae, intus sat profunde excavatae,

apice incurvatae, bidentatae. Mentum breve, latum, apice obtuse rotundatum fere truncatum, lateribus utrinque excavatum.

Labrum latum, exsertum, postice parum angustatum, apice rotundatum, anguste, sed profunde emarginatum, angulis lateralibus anticis pilis longis, rufis dense obsitis, in medio glabrum.

Labium subquadratum, apice utrinque oblique truncatum, medio profunde excisum.

Palpi inaequales, maxillares longiores, quadriarticulati; articulo primo brevissimo; secundo longissimo, versus anteriora sensim dilatato, nonnihil incurvo; tertio brevi, crassiusculo, obconico; ultimo extrorsum valde dilatato, apice truncato, sat excavato.

Antennae longae, undecim-articulatae, sub capitis margine ante oculos insertae, filiformes, tenues; articulo primo anterius valde recurvato, incrassato, apice truncato; secundo brevi, cylindrico, basi angustiori; tertio longissimo, cylindrico, linearis, extrorsum vix incrassato; 4—7 valde elongatis, cylindricis, linearibus, subobconicis; 8—10 oblongo-ovatis; ultimo ovato, subacuminato.

A λεπτος gracilis, tenuis; et *μορφη* forma, species.

Observatio: Generi Blaps proximum, habitu autem alienum et diversum.

Caput rectum, antice dilatatum; antennae valde elongatae (longitudine dimidio fere corporis) tenues, filiformes, et corpus gracile praeter alios Characteres novum Genus formandi causam dederunt.

Nro. 55. *Leptomorpha chinensis* mihi. Elongato-ovata, picea, subnitida, antice angustata; vertice constricto; elytris obsolete sulcatis, interstitiis rotundatis, vague punctatis.

Longit. $6\frac{1}{2}$ — 8 lin. Latit. $3\frac{1}{4}$ lin.

Statura Blapis obtusae Fabr., attamen duplo fere minor, et plerumque magis, praesertim antice angustata.

Caput latum, valde exsertum, porrectum, distincte vage punctatum, postice constrictum, antrorsum dilatatum, apice late, sed minus profunde emarginatum, et angulis nonnihil productis, acutis, lateribus ante antennas sinuatis, ante oculos obtuse lobatis, lobis parum elevatis; vertice cylindricum, supra inter oculos deplanatum, antice leviter, sed late excavatum, apice parum in-crassatum, ibique distinctius crebriusque punctatum, pone oculos versus basin oblique subtiliter carinatum. Oculi parvi, vix prominuli, nigri, transversi, angusti. Os palpique ferruginea. Antennae longitudine fere dimidio corporis, lineares, glabrae, ferrugineae; articulis ultimis parce setosis.

Thorax latitudine vix longior, aequilaterus, antice paullo angustatus, basi truncatus, angulis rectis, acutis; angustissime marginatus, margine subcrenulatus; lateribus rectis tenue crenato-marginatis, apice late, sed minus profunde emarginatus, laevissime marginatus, angulis subdeflexis, obtusis, supra ubique aequaliter modice convexus, minute vage punctatus, juxta marginem lateralem inaequaliter tenue impressus, praeterea foveola plana, elongata, subsinuata in medio disci utrinque.

Scutellum transversum, opacum, confertissime granulatum, lateribus fulvo-ciliatum.

Elytra elongato-ovalia, basi et postice angustata, in medio thorace duplo latiora, lateribus acute marginata, oblique valde inflexa, margine ubique aequaliter reflexo, apice subacuminata, vix dehiscentia, supra ante medium deplanata, lateribus parum convessa, pone medium subfornicata; singula sulcis octo aequalibus haud profundis interstitiis parum elevatis rotundatis, distincte sed vage punctatis; circa scutellum obsolete rugosa.

Corpus subtus valde impressum, opacum, obsoletissime coriaceum, segmentis, praesertim secundo et tertio ab ano profunde utrinque excavatis, ultimo minute punctulato.

Pedes elongati, tenues, lineares, obsolete scabrosi, opaci; tarsis ferrugineis.

Varietas β.

Dimidio minor, tota pallide castanea, capite thoraceque magis inaequalibus; elytris profundius sulcatis, et fortius punctatis; subtus flava.

In Mus. Acad. Imper. Scient. Petrop. et Faldermanni.

Habitat in China boreali.

Nro. 56. *Platyscelis angustatus mihi*. Elongatus, utrinque compressus, supra fornicatus, niger, nitidus; fronte impressa; thorace vase strigoso-punctato; elytris lateribus gibbis, apice valde retusis.

Longit. $4\frac{3}{4}$ lin. Latit. $2\frac{1}{2}$ lin.

Magnitudo Platyscelidis melantis Fischeri (Ent. Ross. Tom. II. pag. 194.

Tab. XX. Fig. 2. 3.) attamen multo angustior, et statura a reliquis hujus generis tota diversa.

Caput deflexum, antice rotundatum, vertice tenuiter convexum, fronte late impressa, ubique rude punctatum, apice subreflexum. Oculi sat prominuli, transversi. Antennae thorace cum capite vix longiores, leviter pubescentes, nigrae; articulis tribus ultimis fuscis.

Thorax transversus, latitudine dimidio fere brevior, in medio nonnihil rotundatus, postice parum antice magis angustatus, basi rectangulus, immarginatus, angulis obtusis, lateribus acute marginatis, apice autem truncatus, angulis subdeflexis, obtusis, supra fornicatus, rude, sed vase strigoso-punctatus, lateribus utrinque tenuiter impressus.

Scutellum triangulare, retractum, depresso.

Elytra ovata, basi constricta, lateribus rotundata, gibba, apice obtuse rotundata, disco fornicata, ante apicem abrupte valde retusa, obsolete undique striata, minutissime ruguloso-punctata.

Corpus subtus piceum, dense strigoso-punctatum, abdomine sat retractum.

Pedes mediocres, ferruginei, dense scabrosi; femoribus anticis edentatis.

Invenitur in montibus Altaicis; misit Dr. Bunge.

Unicum in Museo Acad. Imper. Scient. Petropolitanae servatur specimen.

Nro. 57. *Pedinus strigosus mihi.* Elongato-ovalis, ater, subnitidus; thorace creberrime strigoso-punctato; elytris profunde striato-punctatis, interstitiis planis, punctatissimis.

Longit. 3—4 $\frac{1}{2}$ lin. Latit. 2—2 $\frac{2}{3}$ lin.

Statura Pedino meridiano Dejeanii subsimilis, paullo tamen major, sed dimidio fere latior; ast Ped. coarctato Parreysii simillimus.

Caput latum, subtransversum, antice rotundatum, apice profunde emarginatum, supra deplanatum, ubique crebre strigoso-punctatum, foveola latiuscula, plana, subsinuata inter antennas transversa. Oculi globosi, parum prominuli. Antennae thorace multo longiores, nigrae, antrorsum sensim parum incrassatae; articulis baseos sex nigris, nitidis, reliquis opacis, testaceo-pubescentibus.

Thorax latus, antice parum angustatus, lateribus subrotundatis, acute marginatis, basi late sed apice parum profunde emarginatus, angulis omnibus acutis, margine antico in medio testaceo-fimbriato, supra aequaliter modice convexus, creberrime ubique strigoso-punctatus, juxta marginem lateralem angustissime canaliculatus, foveolis duabus remotis juxta basin utrinque.

Scutellum transversum, postice obtuse rotundatum, supra planum, laeve, nitidum.

Elytra thorace vix latiora, parallela, ante apicem angustata, apice rotundata, lateribus reflexa, supra modice convexa, pone medium fornicata, striae octo profundae punctis majoribus sat impressis in singulo, interstitiis planis, confertissime punctatis, et tenue minutissime rugulosis; humeris productis, obtuse rotundatis.

Corpus subtus parum incrassatum, grosse et confertim punctatum; pectore dense striolato, striolis elevatis, scabris.

Pedes longi, tenues, obsolete dense punctati. Tarsi et os ferruginea.

Patria China borealis.

In Museo Acad. Imper. Scient. Petrop. et Faldermanni.

Nro. 58. *Heliophilus tenebrioides mihi.* Aterrimus, opacus; thorace vase punctato, lateribus explanato, rotundato, reflexo; elytris basi transverse depresso, obsoletissime punctatis, substriatis, apice valde retusis.

Longit. $5\frac{1}{2}$ lin. Latit. $2\frac{1}{2}$ lin.

Magnitudo Heliophili hybidi Latr., paullo tamen lator et gibbior, thoracis forma praesertim discrepans.

Caput latum, deflexum, antice rotundatum, apice profunde excisum, non nihil reflexum, lateribus angulatum, vertice convexum, ubique creberrime rugoso-punctatum, fronte transversaliter late et sat profunde canaliculata.

Oculi parvi, sat retracti. Antennae tenues, thorace paullo breviores.

Thorax transversus, latitudine medio triplo fere brevior, basi truncatus, leviter tri-sinuatus, margine incrassatus, angulis reflexis, acuminatis, lateribus in medio valde dilatatus, rotundatus, antice angustatus, ante angulum posticum profunde sinuatus, apice late et sat profunde emarginatus, angulis productis, acutis, disco convexus, pone medium depresso, lateribus late explanatus, reflexus, punctis majoribus et parvis immixtis in disci medio vase in lateribus crebrius rugoso-punctatus, linea obsoleta angusta longitudinali.

Scutellum elevatum, vase, sed rude punctatum, subnitidum, postice rotundatum.

Elytra basi angustata, in medio parum rotundata, pone medium sinuatim angustata, apice obtuse rotundata, valde retusa, supra convexa, basi detrite, postice distincte punctato-striata, ubique obsoletissime rugulosa, nec non minute punctulata, interstitiis ante medium planis, postice parum elevatis, subrotundatis.

Corpus subtus confertissime, sed obsolete punctatum; segmentorum lateribus foveolatis.

Pedes tenues, scabriusculi; tarsis ferrugineis.

Patria China borealis.

Unicum in Museo Acad. Imperialis Scient. Petrop. exstat specimen.

Nro. 59. *Heliophilus gibbulus mihi*. Breviter-ovatus, parvus, ater, nitidus; capite rude punctato, fronte foveolata; thorace vage et minute punctato; elytris brevibus, gibbis, obsoletissime interrupte lineatis.

Longit. $3\frac{1}{2}$ lin. Latit. $1\frac{3}{4}$ lin.

Omnium hujus generis minimus. Magnitudine Cryptici glabri Fabr. paullo tamen latior, sed multo convexior.

Caput latum, transversum, subdeflexum, utrinque lobatum, antice rotundatum, apice profunde, sed anguste emarginatum, impressionibus aliquot ad marginem anticum et inter oculos obviis inaequale, crebre et rude ubique punctatum. Oculi retracti, subglobosi. Antennae thoracem fere aequantes, extrorsum parum incrassatae.

Thorax brevis, longitudine triplo brevior, basi truncatus, leviter marginatus, utrinque tenuiter sinuatus, lobo medio obtuse rotundato, angulis parum productis, obtusis, lateribus valde reflexis, in medio valde dilatatis, rotundatis, antice et postice oblique angustatus, ante angulum posticum vix sinuatus, apice late et sat profunde emarginatus, ibique versus latera leviter marginatus, angulis prominulis, obtusis, supra aequaliter modice convexus, nitidus, vage punctatus, juxta marginem lateralem paulisper anguste canaliculatus, impressionibus nonnullis planis, irregulariter obtectus.

Scutellum transversum, postice rotundatum, supra convexum, obsolete, sed crebre punctulatum.

Elytra thorace paullo latiora, valde gibba, nigra, opaca, apice obtuse rotundata, supra obsolete interrupte lineata, intersittiis planis, sub oculo acutissime armato vage granulatis, et subrugulosis, granulis parum nitidis.

Corpus subtus nitidum, rude rugoso-punctatum, segmentorum lateribus foveolatis.

Pedes breviusculi, validi, obsolete, sed dense punctati; tibiis anticis anterius valde dilatatis; femoribus anticis edentatis.

In Montibus Altaicis.

Unicum tantum specimen in Museo Acad. Imper. Scient. Petrop. reperitur.

Nro. 60. *Opatrum subaratum* mihi. Piceo-fuscum, opacum: thorace confertissime granulato; elytris sulcatis, costis alternatim elevatis, tuberculis nitidis in sulcorum fundo sparsis.

Longit. 4 lin. Latit. $2\frac{2}{3}$ lin.

Statura et magnitudine nec non partium rugositate Opatro gemmato Dejeanii valde affinis; paullo tamen minus, praesertim angustius et magis convexum; et praeterea thorace basi minus profunde sinuato, elytrisque plerumque parcus tuberculatis facile distinguendum.

Caput breve, retractum, subdeflexum, transversum, apice rotundatum, profunde excisum, supra valde inaequale, confertissime granulatum; fronte transversim profunde impressa; margine antico laeviori, ferrugineo.

Thorax transversus, longitudine plus duplo latior, antice parum angustior, lateribus rotundatus; basi bisinuatus, angulis acutis, medio obtuse rotundatus, apice profunde emarginatus, angulis productis, obtusis, supra sat convexus, impressionibus confluentibus plurimis valde inaequalis, lateribus explanatus, margine reflexus, undique confertissime granulatus, sub oculo fortiter armato setulis brevissimis, rigidis, testaceis sat dense obsitus.

Scutellum subtriangulare, parum convexum, scabrum.

Elytra thorace haud latiora, lateribus linearia, pone medium angustata, apice subacuminata, supra valde convexa, postice retusa, confertissime, sed minutissime ubique punctulata, subgranulata, sulcis octo sat profundis in singulo, interstitiis alternatim magis elevatis, rotundatis, tuberculis nitidis, orbiculatis, in sulcorum fundo sparsim dispersis, lateribus acute marginata, sicuti thorax ubique parce, et brevissime setacea.

Corpus subtus coriaceum, subnitidum.

Pedes breviusculi, scabrosi, tarsis ferrugineis.

Patria Mongolia sinensis.

In Museo Academiae Imper. Scient. Petrop. et Faldermanni.

Nro. 61. *Serropalpus spinicollis* mihi. Lineari-elongatus, fuscus, opacus, pubescens; thorace nitido, postice acute bi-spinoso; elytris obsolete sulcatis; pedibus flavis.

Longit. 7 lin. Latit. $1\frac{1}{2}$ lin.

Magnitudine *Calopis serraticornis* Fabr. paullo tamen minor, praesertim angustior.

Caput valde retractum, deflexum, grosse, sed vage punctatum, juxta antennas elevatum, pilis griseis, rigidis tectum, fronte longitudinaliter late excavata, vertice nigro-fusco, antice brunneo; ore pilis longis, fuscis dense obsito. Oculi magni, laterales, valde prominuli, globosi, aterrimi, nitidi.

Thorax capite vix latior, et latitudine paullo longior, subcylindricus, apice truncatus, pone oculos subretusus, lateribus parallelis, angulis posticis spinosis, spinis valde exsertis, parum reflexis, acutissimis, basi utrinque sinuatus, in medio latitudine scutellum tenue emarginatus, ibique leviter biangulatus, supra aequaliter convexus, vage sed rude punctatus, nitidus, parce pilosus, juxta basin transversim depresso, fuscus, margine laterali, antice posticeque et in linea longitudinali in disci medio obvia pallidior; lateribus tenuissime impressus.

Scutellum elongatum, crebre et rude punctatum, nitidum, apice rotundatum, mucronatum, basi truncatum, reflexum, pilis nonnullis obsitum.

Elytra linearia, thorace paullo latiora, valde elongata, fusca, apice acuminate, lateribus aequaliter marginata, supra convexa, confertissime ubique rugoso-punctata, pilis brevibus prostratis, testaceis dense vestita, quare opaca, singula sulcis octo obsolete, intersticiis parum elevatis, rotundatis, basi autem depresso, inaequalia; humeris rotundatis, pallidioribus,

Corpus subtus subcylindricum, pallidius, ubique vage et obsolete punctatum, subnitidum; pilis brevibus depresso, sat dense obtectum.

Pedes longi, graciles, lineares, obsolete scabrosi, dense testaceo-pilos; pilis adpressis; tarsis teretiusculis valde elongatis.

Unicum specimen in Museo Acad. Imper. Scient. Petrop. exstat.

Habitat in Mongolia sinensi.

Nro. 62. *Lydus quadrisignatus mihi.* Ater, fronte testaceo-signata; thorace flavo, punctis quatuor nigris; elytris coriaceis, flavis, quadrimaculatis.

Longit. $7\frac{1}{2}$ lin. Latit. 2 lin.

Magnitudine Lydi algirici Fabr., paullo tamen angustior.

Caput subquadratum, valde deflexum, nigrum, nitidum, rude ac vage punctatum, tenue fusco-pilosum, vertice leviter canaliculatum; fronte plana, inter oculos inaequaliter tenue exarata, macula parva, elongata, testacea ornata.

Antennae longitudine dimidio fere corporis, crassae, nigrae, nitidae, tenuissime punctulatae, glabrae; articulis quatuor ultimis opacis. Oculi luridi, subglobosi, sat prominuli.

Thorax capite vix angustior, subrotundatus, lateribus valde deflexus, angulatus, basi truncatus, in medio leviter emarginatus, reflexus, apice obtuse rotundatus, utrinque retusus, supra fere planus in disci medio autem longitudinaliter sat profunde canaliculatus, et punctis quatuor parvis, rotundatis, nigris in disci medio transversim signatus, quorum externa minora, ubique vage et concinne punctatus, flavus, nitidus, parce testaceo-pilosus.

Scutellum nigrum, punctis majoribus, nonnullis confluentibus parum inaequale, apice obtuse rotundatum, parce testaceo-pilosum.

Elytra linearis-elongata thorace duplo latiora, basi valde retusa, humeris prominulis, rotundatis, apice singulatim rotundata, subdehiscentia, supra convexa, confertissime rugulosa, rugulis sat elevatis, in scutelli regione laevioribus; margine laterali canaliculata, lineis duabus elevatis in singulo, lateribus reflexa, nec non sutura incrassata, flava, macula lata flexuosa, nigra ante medium, et altera paullo majori, integra pone medium utrinque.

Corpus subitus nigrum, cylindricum, pectore confertissime et minute abdome vage et rude punctatum, undique griseo-pilosum, subnitidum; segmento anali utrinque flavo-maculato.

Pedes longi, tenues, sublineares, nigri, obsolete, sed dense scabrosi, brevissime griseo-pilosi; tibiis apice tantum, tarsis totis ferrugineis.

Unicum tantummodo specimen in Museo Faldermanni.

E Mongolia, misit D. Turczaninoff.

Nro. 63. *Apalus fasciatus* mihi. Niger, nitidus; capite valde deflexo, thorace vage punctato: elytris laete luteis, dense rugulosis, fascia late, nigra dorsali; ano flavo.

Longit. $5\frac{3}{4}$ lin. Latit. $1\frac{1}{2}$ lin.

Zonite praensta Fabr. paullo brevior, sed latior, et supra plerumque minus convexus.

Caput subtriangulare, valde inflexum, nigrum, nitidum, vertice modice convexus, vage; sed grosse punctatum pone oculos dilatatum, pube fusca tenui tectum, fronte late, sed haud profunde impressa, cerebrime rugosopunctata. Oculi transversi, glauci, nec non prominuli.

Thorax declinatus, niger, nitidus, vage subrugoso-punctatus, tenuissime pubescens, paullo ante medium dilatatus, gibbus, antice et postice oblique angustatus, basi obtuse rotundatus, tenui reflexus, ante scutellum leviter emarginatus, lateribus valde declinatus, inflexus, margine ipso reflexo, apice rotundatus, medio emarginatus, disco modice convexus, fere planus, impressionibus nonnullis planis parum inaequalis, juxta basin tenuiter depresso.

Scutellum, triangulare, nigrum, nitidum, disco excavatum, obsolete erosopunctatum, lateribus et apice aequaliter marginatum.

Elytra thorace latiora, sublinearia, postice angusta, dehiscentia, apice rotundata, basi late emarginata, utrinque subimpressa, humeris productis, obtusis, lateribus reflexa, supra plana, confermissime rugulosa, laete lutea, fascia

transversa in medio dilatata, subrotundata, margine laterali connexa, et in sutura haud interrupta, paullo pone medium nigra.

Corpus subtus nigrum, nitidum, obsoletissime, sed crebre punctatum, sat dense leviter pilosum; segmento anali et ano flavis.

Pedes nigri, elongati, subpubescentes, femoribus vase, sed rude tibiis autem confertissime ac obsolete punctatis; tarsis nigro-piceis.

E Mongolia misit D. Turczaninoff. — Unicum tantummodo specimen in Museo Faldermanni.

Nro. 64.^a *Deracanthus hololeucus* mihi. Breviter ovatus, totus densissime flavo-argenteo-squamulosus, subnitidus; rostro lato, bicarinato, apice dilatato; thorace transverso, rude granulato, antice profunde impresso; elytris valde convexis, leviter punctato-striatis, minute fusco-maculatis, parce pilosis.

Long. 4 $\frac{3}{4}$ lin. Latit. 2 $\frac{2}{3}$ lin.

Curculioni inderiensi Pall. Icon. Insect. pag. 26. Tab. B, Fig. 5. similis, plerumque tamen minor, nec non statura breviore et crassiore facile cognoscendus.

Caput rotundatum, subtransversum, densissime flavo-albido-squamulosum, pube tenui parce obtectum; fronte declinata, plana, inter oculos tenuiter impressa. Oculi laterales, ovati, vix prominuli, aterrimi. Rostrum crassum latitudine fere capitis, eoque dimidio fere longius, apice parum dilatatum, totum dense flavo-albido-squamulosum, supra fere planum, leviter bicarinatum, minutissime parce fusco-punctatum. Antennae versus apicem rostri insertae, thoracis apicem haud attingentes, fuscae, nitidae; articulo primo albido; clava majuscula, ovata, nigra, apice acuminata.

Thorax transversus, longitudine duplo fere latior, utroque latere spina magna, recurva munitus, basi ante scutellum emarginatus, supra parum convexus, rude granulatus, intra apicem sat constrictus, medio disci longitudinaliter canaliculatus, ubique densissime flavo-squamulosus, sub oculo acute ar-

mato setulis nigris parce obsitus, et praeterea pilis longis pallidis nonnullis in lateribus utrinque; nec non nodulis supra subtiliter impressus.

Scutellum parvum, subtriangulare, flavo-argenteum, nitidum. Elytra breviter ovata, valde convexa, postice valde retusa, fornicata, subcompressa, lateribus gibba, ubique densissime flavo-argenteo-squamosa, leviter striata, striarum fundo remote foveolata, interstitiis minutissime punctulatis, praeterea pilis longis, albidis, praesertim antice ad latera obsita, et maculis parvis fuscis irregulariter dispersis variegata.

Corpus subtus parce nigro-punctatum, abdomine sat impressum. Pedes elongati, dense argenteo-squamosi, subtiliter nigro-punctulati, leviter parce pilosi.

Patria Mongolia. — In Museo Academiae Scientiarum Imperialis Petropolitanae et Faldermanni.

Nro. 64.^b *Deracanthus Faldermanni Schönherr.* Oblongo-ovatus, totus niger, obsolete cinereo-irroratus; capite inter oculos excavato; thorace confertim noduloso; elytris foveolato-striatis, singulis striis duabus detritis griseis.

Long. $4\frac{1}{2}$ lin. Latit. 2 lin.

Praecedente plerumque minor et forma angustiore abunde diversus.

Caput deflexum, obsolete rugosum, nigrum, parce griseo-squamulosum; vertice parum productum, canaliculatum, inter oculos sat excavatum, et ante oculos constrictum. Oculi parum prominuli, subglobosi, ovati, nigri. Rostrum parum elongatum, apice subdilatatum, incrassatum, supra inaequale, obsolete bicarinatum, levissime punctulatum, apice sat depresso, ibique densius squamosum. Antennae fusco-nigrae; clava tota fusca.

Thorax subquadratus, longitudine paullo latior, niger, subnitidus, obsoletissime cinereo-squamulosus, margine basali et antico incrassatus, leviter emarginatus, disco fere planus, inaequalis, crebre nodulosus, spinis lateralibus valde reflexis.

Scutellum triangulare, parum elongatum, totum nigrum, opacum.

Elytra ovata, thorace plerumque latiora, postice compressa, supra fere plana, nigra, opaca, foveolis latiusculis sat profundis seriatim impressa, singula striis duabus obsoletis e squamulis griseis formatis instructa; sub oculo acute armato setulis brevissimis rigidis, sparsis obsita, lateribus sat dense squamosa.

Corpus subitus et pedes ut in antecedente.

Patria Mongolia. — In Museo Academiae Scientiarum Imperialis Petropolitanae et Faldermanni.

Nota. In opere recentissimo Illustriss. Schoenherri Tom. I. p. 505, speciebus novis ditissimo, ex hocce genere rarissimo clypei figura peculiari admodum distincto, duas tantum species (*Deracanthum spinifex* Fabr. seu *Curc. inderiensem* Pallasii et *Derac. armatum* Gebleri) invenimus. Annotavit autem Curculionidum Scrutator diligentissimus atque celeberrimus, cui species modo descriptas communicavi, *Deracanthum hololeucum* pone *Derac. armatum* esse ponendum.

Nro. 64. *Apoderus quadri-maculatus* mihi. Totus rufus, nitidus; capite thorace que laevissimis, politis; elytris profunde punctato-striatis, maculis quatuor nigris signatis.

Longit. cum rostro $2\frac{1}{2}$ lin. Latit. $1\frac{1}{8}$ lin.

Statura et magnitudine fere Apod. intermedii Panz. A. polito Gebleri paullo major, praesertim latior.

Caput elongatum, obconicum, postice valde, sed sensim angustatum, collo tenui thoraci adnexum, laevissimum, rufum, politum, fronte tenuissime canaliculata, pone oculos obsolete strigosum, inter oculos inaequaliter sat impressum, ibique subpunctatum, macula parva nigra, verticali. Rostrum capite duplo brevius, latum, rufum, crassum, supra valde inaequale; ore piceonigro. Oculi rotundati, sat prominuli, aterrimi. Antennae capite vix longiores, nigrae.

Thorax campanulaeformis, rufus, laevissimus, politus, intra basin et apicem sat constrictus, disco gibbus, basi marginatus, margine valde incrassa-

tus, subcarinatus, lateribus et ad angulum posticum subtilissime parce punctulatus, macula nigra, parum elongata juxta basin utrinque, et altera sub collo.

Scutellum latum, semicirculare, rufum, laevigatum, apice subtruncatum.

Elytra thoracis basi dimidia parte latiora, subquadrata, rufa, nitida, postice vix dilatata, apice singulatim rotundata, subdehiscentia, lateribus linearia, in medio nonnihil sinuata, humeris rectis, rotundatis, supra fere plana, utrinque convexa, ad apicem subfornicata, profunde et rude punctato-striata, interstitiis laevibus, sub oculo acute armato sparsim punctulatis, pone scutellum transversim et late sat impressa, singula macula nigra, paullo elongata ante medium in disco, et altera subtransversa vix pone medium instructa.

Corpus subtus valde incrassatum, rufum, sat crebre et rude punctatum, nitidum.

Pedes longiusculi, rufi; femoribus clavatis, basi nigris; tibiis tarsisque parum pallidioribus.

Patria China borealis. — In Museo Acad. Imper. Scient. Petropolitanae.

Nro. 56. *Rhynchites fulgidus mihi.* Totus cupreo-aureus, nitidus, breviter pubescens, subtus pedibusque obscurioribus; foveola frontali profunda; thorace grosse punctato; elytris rude punctato-striatis; interstitiis valde rugosis.

Latit. $1\frac{1}{2}$ lin. Longit. corporis cum capite $2\frac{3}{4}$ lin. — rostri $1\frac{1}{2}$ lin.

Magnitudo et quodammodo etiam statura Rh. betuleti Fabr. paullo tamen angustior.

Caput cylindricum, parum elongatum, antice angustatum, cupreo-aeneum, viridi-micans, basi et subtus subtiliter transversim crebre strigosum, parce punctatum, vertice subgibbum, obscure purpureo-aureum, crebre et grosse punctatum, fovea profunda nonnihil elongata, in medio inter oculos. Oculi parum prominuli, nigri. Rostrum lineare, subarcuatum, tenue, purpureo-aureum, rude et confertim punctatum, apice vix parum dilatatum, nigrum,

subviolaceum. Antennae rostri medio exacte insertae, et hoc vix breviores, obscure violaceae, apice nigrae, opacae.

Thorax latitudine paullo longior, basi supra scutellum obtuse rotundatus, lateribus gibbus, parum dilatatus, antice sat angustatus, intra apicem valde constrictus, supra convexus, punctis majoribus sat crebre impressis, cupreo-aureus, certo situ viridi-micans, disco tenuiter canaliculatus.

Scutellum retractum, quadratum, obscure cupreo-aureum, disco postice valde impresso.

Elytra oblongo-quadrata, basi thoracis duplo latiora, lateribus linearia, apice singulatim obtuse rotundata, nonnihil dehiscentia, humeris rectis, gibbis, supra modice convexa, cupreo-aurea, disco pone scutellum sat impressa, profunde et grosse punctato-striata, interstitiis valde rugoso-punctatis, ad humerum juxta basin sat impressa.

Corpus subtus cupreo-aureum, abdomine densius cano-pubescent, punctis majoribus ubique confertissime impressum.

Pedes mediocres, toti cupreo-aurei, femoribus clavatis; tarsis vix obscurioribus.

Patria China borealis. — In Museo Acad. Imper. Scient. Petrop. et Faldermanni.

Nro. 66. *Tanymecus umbratus* mihi. Nigro-fuscus, opacus, supra griseo-variegatus, subtessulatus; rostro lato, profunde sulcato; elytris concinne punctato-striatis.

Longit. sine rostro $3\frac{1}{2}$ lin. Latit. $1\frac{3}{4}$ lin.

Tanymeco variegato Gebleri (Ledebours Reise durch das Altai-Gebirge II. Theil, Sectio III, pag. 152.) subsimilis, minor tamen et forma rostri elytrisque supra depressis satis distinctus.

Caput latiusculum, nigro-fuscum, vertice convexum, vittis tribus abbreviatis signatum; fronte plana, aequali, haud impressa. Oculi aterrimi, glo-

bosi, prominuli, rotundati. Rostrum latum, brevissimum, supra late et sat profunde sulcatum, apice depresso; ore nigro, pilis longiusculis obsito, ubique sicuti caput squamulis griseis, et setulis pallidis rigidis immixtis dense obtectum. Antennae longae, tenues, ferrugineae.

Thorax parum elongatus, ovatus, in medio exakte dilatatus, lateribus gibbus, basi et apice truncatus, disco deplanatus, aequalis, colore et indumento simili sicuti caput.

Scutellum subrotundatum, parvum, dense albido-pubescent.

Elytra a thorace sat remota, duplo latiora eoque triplo longiora, sublinari-elongata, paullo pone medium versus apicem angustata, parum dehiscentia, singulatim acuminata, humeris productis, rotundatis, basi late emarginata, retusa, supra depressa, plana, lateribus declivia, aequaliter profunde punctato-striata, fusco-nigra, opaca, densissime squamosa, subpilosa, ob squamularum colorem varium, aut griseum, aut fuscum, aut nigrum, variegata.

Corpus subtus sicuti pedes minute fusco-maculatum densissime cinereo-squamosum; tibiis, tarsisque fuscis; ano ferrugineo, dense ac breviter piloso.

In Montibus Altaicis. In Museo Acad. Imper. Scient. Petropolitanae.

Nro. 67. *Naupactus globulicollis mihi*. Elongatus, niger, squamulis viridi-argenteis nitidis undique vase dispersis; thorace magno, rotundato, globoso, confertissime granulato; elytris oblongo-ovatis, lateribus densius squamulosis.

Longit. sine rostro 3 lin. Latit. $1\frac{1}{2}$ lin.

Caput nigrum, vertice summo glabrum, confertissime ac minutissime transversim rugulosum; fronte plana, tenuiter transversim impressa. Oculi valde prominuli, globosi, aterrimi. Rostrum breve, latum, planum, confertissime rude punctulatum, medio longitudinaliter sat profunde canaliculatum, squamulis argenteis parce tectum. Antennae tenues, piceo-nigrae, tenuiter griseo-pubescentes.

Thorax magnus, rotundatus, niger, glaber, apice et postice truncatus, basi

caeruleus, disco tenuissime longitudinaliter canaliculatus, ubique aequaliter confertissime granulatus, granulis rotundatis, sat elevatis, squamulis viridi-argentis parce dispersis.

Scutellum minutissimum, elongatum, albidum.

Elytra a thorace sat remota, eoque angustiora, elongato-ovata, nigra, subcylindrica, in medio parum dilatata, rotundata, postice attenuata conjuncte acuminata, supra fornicata, profunde punctato-striata, interstitiis planis, subtiliter alutaceis, basi truncata, subcarinata, intra basin paulisper constricta, squamulis viridi-argentis in dorso parce ad latera utrinque densius obsessa.

Corpus subtus nigrum, confertim punctulatum, squamulis parce obsitum.

Pedes elongati, nigri, alutacei, subpilos; femoribus praesertim anticis in medio valde incrassatis, squamulis argenteis dispersis gemmatis.

Patria China borealis. — In Museo Acad. Imper. Scient. Petropolitanae.

Nro. 68. *Cleonus mongolicus mihi.* Piceo-niger, elongato-ovatus, undique rugoso-tuberculatus; capite valde retracto; rostro breviusculo, valido; thorace utrinque cruciatim fasciato; elytrorum lateribus cinereo-variegatis, oblique fasciatis.

Longit. sine rostro 7 lin. Latit. $3\frac{1}{3}$ lin.

Inter maximos hujus generis, et secundum descriptionem Cleono granuloso Gebleri in lit. subsimilis multo tamen major.

Caput mediocre, valde retractum, vertice minutissime ac confertissime punctulatum, et linea transversali, angustissima, parum elevata; fronte inter oculos rude punctata, subdepressa, foveolata profunde impressa. Oculi transversi, vix prominuli, aterrimi. Rostrum crassum, supra inaequale, profunde striato-punctatum, carinatum, capiti concolor, nigrum, pube ferruginea parce obsitum; antennarum canalula obliqua, ad oculum fere protensa. Antennae capite cum rostro parum breviores, ante rostri medium insertae, nigrae, apice griseae, incrassatae,

Thorax latitudine paullo longior, cylindricus, piceo-niger, antice nonnihil

angustatus, apice truncatus, basi bisinuatus, lateribus gibbus, ante medium impressus, disco pone medium parum deplanatus, ubique crebre tuberculatus, tuberculis valde inaequalibus, subconfluentibus, setulis ferrugineis, et griseo-albidis in disco parce in lateribus et subtus dense obtectus, et praeterea fasciis duabus e setulis griseo-albidis depressis cruciatim in lateribus decoratus.

Scutellum parvum, retractum, subtriangulare, piceum.

Elytra ovata, in medio dilatata, postice attenuata, apice acute conjuncte rotundata, ad basin constricta, a thorace nonnihil remota, piceo-nigra, tenuiter striata, undique consertim tuberculata, tuberculis inaequalibus, parum confluentibus, in medio disci valde fornicata, setulis albidis et ferrugineis undique sat dense obsita, sutura subglabra, nigra, ad latera utrinque griseo-marmorata, vel quasi oblique fasciata, fasciis tamen valde interruptis.

Corpus subtus nigrum, tuberculis obsoletis, remotis et setulis ferrugineis albidisque sat dense vestitum.

Pedes nigri, robusti, consertissime punctati; femoribus clavatis, submarmoratis.

Patria Mongolia. — In Museo Acad. Imper. Scient. Petrop. et Faldermanni.

Nro. 69. *Cleonus compressicollis* mihi. Totus glaucus; capite nigro, glabro; rostro dense griseo-pubescente; thorace antice valde compresso, postice bituberculato; elytris fascia nigra lata integra obliqua; femoribus omnibus apice nigris.

Longit. sine rostro $6\frac{1}{4}$ lin. Latit. $2\frac{3}{4}$ lin.

Statura valde aliena, Cryptorhyncho subsimilis.

Caput rotundatum, nigrum, glabrum, sublaevigatum; fronte impressa, sed haud foveolata. Oculi valde angustati, transversi, nigri, parum prominuli. Rostrum breve, crassum, quadrangulare, apice dilatatum, arcuatum, supra le-

viter bi-sulcatum, densissime griseo-pubescent, carina parum elevata, abbreviata, antice subdilatata. Antennae breviusculae, piceae, subglabrae.

Thorax subquadratus, basi truncatus, lateribus rectis, gibbis, antice oblique angustatis, apice late et sat profunde emarginatus, utrinque *sinuatus*, sericeo-fimbriatus, supra inaequalis, modice convexus, glaucus, punctis majoribus nigris, inaequaliter dispersis impressus, ante medium in disco utrinque compressus, juxta basin supra scutellum fovea lata et sat profunda, ibique utrinque gibbus, carina longitudinali, angustissima et obsoletissima.

Scutellum valde retractum, rotundatum, minutum.

Elytra elongata, basi thoracis vix latiora, pone humerum excisa, superne, oblique impressa, in medio vix dilatata, postice attenuata, apice rotundata, supra nonnihil convexa, ante medium depressa, intra basin tenuiter constricta, carinata, profunde punctato-striata, interstitiis alternatim magis elevatis, convexis; callo apicali sat producto; humeris rectangularibus, acutis; tota glauca fascia obliqua, lata, integra in medio, et macula parva apicali nigra.

Corpus subtus tenuiter coriaceum, glaucum; abdomine nigro, griseo-maculato; ano subpiloso.

Pedes pilis glaucis vestiti, minute et obsolete nigro-punctati, pilis brevibus parce obsiti; femoribus omnibus apice nigris.

Habitat in Mongolia. — In Museo Faldermanni tantum unicum specimen exstat.

Missus a D. Turczaninoff.

Kro. 70. *Cleonus murinus mihi*. Oblongo-ovatus, totus flavo-canescens, subinfuscatus, immaculatus; rostro antice dilatato; thorace valde inaequali, antice subtricarinato; elytris valde fornicalis, basi constrictis, singulis apice rotundatis.

Longit. sine rostro $4\frac{1}{2}$ lin. Latit. $2\frac{1}{2}$ lin.

Statura brevis, valde convexa.

Caput convexum, pube fusco-cana dense tectum; fronte paulisper adpressa haud foveolata. Rostrum antice dilatatum, incrassatum, apice obtuse rotundatum, nigrum, leviter carinatum, dense pubescens. Oculi ovati, transversi, subprominuli, nigri. Antennae capite cum rostro vix breviores, totae dense cano-pubescentes.

Thorax subcylindricus, antice nonnihil angustatus, basi oblique truncatus, lobo medio parum producto, apice utrinque profunde sinuatus, medio productus rotundatus, supra valde inaequalis, rude punctatus, ubique dense cano-pubescentes, subfuscatus, juxta apicem tricarinulatus, carinulis exterioribus valde abbreviatis, nigris, praeterea fovea in disci medio utrinque et altera supra scutellum profunda; lateribus apice sat impressis.

Scutellum rotundatum, paryum, albidum.

Elytra ovata, lateribus dilatata, rotundata, postice angustata, singula apice acute rotundata, supra praesertim postice valde fornicata, intra basin valde constricta, basi oblique truncata, carinata, carina sat elevata, subinterrupta, ubique aequaliter densissime cano-pubescentia, parum infuscata, profunde striata, interstitiis subinaequaliter elevatis.

Corpus totum subtus pilis murinis densissime vestitum.

Pedes tenues, longiusculi, sicuti corporis totius inferior pagina pilis obtecti, punctis parvis nigris densis laete marmorati.

Habitat in vicinia urbis Irkutzk.

Misit D. Turczaninoff. — In Museo Faldermanni.

Nro. 71. *Cleonus pulchellus mihi*. Flavo-cinereus; rostro brevi, acute carinato; capite pilis flavis dense tecto; thorace vittis 5 integris, fuscis; elytris breviter ovatis, maculis et fasciis duabus obliquis interruptis fuscis.

Longit. sine rostro 4 lin. Latit. $2\frac{1}{2}$ lin.

Cleono flavicipi Pall. subsimilis, characteribus tamen sequentibus differre mihi videtur.

Caput rotundatum, valde retractum, pilis flavis dense obtectum; fronte valde adpressa, plana, foveola parva impressa et linea angusta, vix elevata, nuda longitudinaliter signata. Rostrum latum, breve, antice arcuatum, apice valde incrassatum, truncatum, supra profunde bisulcatum; lateribus ante oculos rubris; carina nuda, nigra, acute elevata. Oculi transversi, haud prominuli, aterrimi. Antennae rostro cum capite breviores, totae fuscae, dense cano-pubescentes.

Thorax latitudine sua paullo brevior, pilis flavo-cinereis dense tectus, apice late sed haud profunde emarginatus, basi in medio nonnihil productus utrinque leviter sinuatus, lateribus ante medium subdilatatus, gibbus, parce punctatus, apice nonnihil angustatus, supra depresso inaequalis, intra apicem in medio bi-impressus, ibique carinula abbreviata, longitudinali, nigra, nuda, postice foveola elongata sat profunda, vittisque quinque subparallelis, fuscis signatus.

Scutellum minutum, valde retractum, subtriangulare.

Elytra breviter ovata, basi thoracis parum latiora, in medio dilatata, rotundata, apice acuminata, supra valde fornicata, intra basin transversim constricta, profunde sulcata, costis convexis, alternatim magis elevatis, sulcis confertim grosse punctatis, pilis densissimis, depressis, flavo-cinereis vestita, fasciis duabus obliquis, interruptis, humeris, macula pone scutellum, et postica, denudata, nigro-fuscis.

Corpus subtus nigrum, coriaceum, sat dense cinereo et rubropubescent, parce nigro-punctatum. Abdomen in medio glabrum, lateribus rubro-fuscis.

Pedes robusti, toti pilis cinereis dense obducti, et punctis, nigris, minutis, glabris decorati.

Habitat in Mongolia. — In Museo Faldermanni unicum tantum exemplar.

Misit D. Turczaninoff.

Nro. 72. *Cleonus axillaris* mihi. Niger, cinerascens; rostro brevissimo, acute carinato; thorace crebre eroso-punctato, lateribus angulatim fasciato; elytris profunde punctato-striatis, humeris in tuberculum rotundatum albidum elevatis. Longit. sine rostro 5 lin. Latit. $2\frac{1}{2}$ lin.

Cleono fossulato Fischeri confinis, paullo tamen longior, longitudinis respectu angustior et thoracis vittis angulatim flexuosis praecipue diversus.

Caput rotundatum, exsertum, vertice convexum, crebre eroso-punctatum; fronte plana, fovea profunda, elongata impressa, pube grisea subfuscata parce tectum. Oculi nigri, transversi, vix prominuli, fusco-fimbriati. Rostrum brevissimum, crassum, obsolete bi-sulcatum, parce griseo-pubescentia, apice subarcuatum; carina sat elevata, nigra, glabra, acuta. Antennae rostro cum capite breviores, grisecentia.

Thorax brevis, apice profunde et late emarginatus, basi exacte truncatus, lateribus rectis, antice impressis, supra planus, inaequalis, profunde et crebre eroso-punctatus, fovea elongata et profunda ante scutellum impressus, carinula antica valde abbreviata, intra apicem transversim tenuiter depresso, niger, parce griseo-pubescentia, fasciae laterales dueae angulatim flexuosa, griseae.

Scutellum minutum, triangulare, dense pubescens.

Elytra oblongo-ovata, in medio subdilatata, rotundata, postice attenuata, apice singulatim acuminata, supra valde convexa, vel cylindrica, basi tenuiter depresso, profunde punctato-striata, subsulcata, intersitii alternatim magis elevatis; callo humerali in tuberculum rotundatum albidum producto, nigra, griseo-pubescentia, pone medium transversim subfasciata.

Corpus subtus nigrum, minute et sparsim punctulatum, parce subfasciculatum griseo-pubescentia.

Pedes elongati, robusti, dense pubescentes, minute nigro-punctati.

Habitat in Mongolia. — Missus a D. Turczaninoff.

In Museo Faldermanni unicum tantum specimen.

Nro. 73. *Larinus scabirostris* mihi. Breviter ovatus, piceo-niger, subglaber; rostro lato, scabro; thorace confertim et concinne rugoso-punctato; elytris elongato-quadratis, apice subtruncatis, obsolete subfasciculatim pubescentibus.

Longit. sine rostro $3\frac{1}{2}$ lin. Latit. 2 lin.

Statura et magnitudo Larini Carlinae Olivieri, paullo tamen latior, et antice et postice plerumque minus attenuatus, nec non rostro breviore et latiore instructus.

Caput convexum, nigrum, glabrum, alutaceum; fronte subconvexa, rude punctata. Rostrum cylindricum, lineare, scabrum, supra anguste tenuiter quasi canaliculatum, canaliculis subconfluentibus. Oculi ovati, nigri, transversi. Antennae breves, ferrugineae, grisescentes.

Thorax antice valde angustatus, niger, glaber, apice constrictus, basi utrinque late sinuatus; lobo medio sat producto, subacuminato, lateribus gibbis, subpubescentibus, supra modice convexus, confertissime profunde rugoso-punctatus.

Scutellum minutissimum vix conspicuum, nigrum.

Elytra thorace parum latiora et plus duplo longiora, cylindrica, subparallela, apice subtruncata, humeris productis, rotundatis, supra circum scutellum tenue depressa, postice aequaliter convexa, concinne striata, striis crebre et rude punctatis, interstitiis planis, glabris, confertissime minute rugulosis, rugulis parum elevatis, pube griseo-fusca subfasciculatim parce obtecta.

Corpus subtus valde incrassatum, crebre punctatum, subnitidum, tenuiter fusco pilosum.

Pedes breves, ferruginei, alutacei, pube grisea dense adpressa, parce vestiti.

Patria China borealis. — Unicum in Museo Acad. Imper. Scient. Petrop. exstat specimen.

Nro. 74. *Mononychus vittatus mihi.* Breviter ovatus, pubescens, supra depresso-sulcatus; rostro linearis, apice nigro; thorace apice foveola impresso, flavo-fusco, elytris ferrugineis, flavo-vittatis.

Longit. sine rostro $2\frac{1}{2}$ lin. Latit. $1\frac{1}{2}$ lin.

Caput parvum, rotundatum, squamulis flavo-fuscis densissime obtectum, macula verticali parva, ferruginea, fronte canaliculata, inter oculos late et profunde impressa. Oculi magni, rotundati, parum prominuli, nigri. Rostrum longum, cylindricum, lineare, arcuatum, alutaceum, basi brunneum dense pubescens, antice glabrum, nigrum. Antennae tenues, ferrugineae.

Thorax transversus, antice valde angustatus, apice truncatus, lateribus pone medium dilatatis, gibbis, cum angulis posticis rotundatis, apice constrictus, basi oblique truncatus, supra convexus, disco longitudinaliter profunde canaliculatus, inter apicem foveola profunda in medio impressus, squamulis flavo-fuscis densissime vestitus, lateribus plerumque dilutioribus.

Scutellum parvum, dense flavo-squamosum.

Elytra thoracis medio dimidio sere latiora, et illo plus duplo longiora, humeris porrectis, rotundatis, pone humeros nonnihil dilatata, postice subangustata, apice truncata, singula obtuse rotundata, parum dehiscentia, lateribus fornicata, valde declivia, supra depressa, profunde striata, interstitiis planis, densissime squamosis, alternatim flavis, reliquis ferrugineis, quare vittata.

Corpus subtus valde incrassatum, nigro-fuscum, crebre ac obsolete punctatum.

Pedes breves, validi, brunnei, flavo-squamulosi; tibiis omnibus externe dentatis.

Patria China borealis. — Unicum exemplar in Museo Acad. Imper. Scient. Petropolitanae.

C Y R T O G N A T H U S mihi.**G E N U S N O V U M .**

Nor. 75. *Character generis.* Labrum parvum, trigonum, coriaceum, antrorsum angustatum, apice subacuminatum, dense pilosum vel hirsutum, intra apicem utrinque nonnihil sinuatum.

Mandibulae corneae, validae, longae, glabrae, subensiformes, apice incurvatae, basi subtriquetrae; intus inaequaliter subserratae, dorso parum sinuatae, dente parvo ante medium munitae.

Maxillae simplices, minutae, elongatae, cylindricae, pilis longis, rigidis dense obsitae.

Labium angustum, coriaceum, parum elongatum, incurvum, antrorsum subdilatatum, apice (ligula) profunde bifidum, laciñis divaricatis, angustis, cylindricis, dense pilosis, basi (mentum) membranaceum, sat dilatatum, truncatum, medio tenuiter emarginatum, angulis utrinque acutis,

Palpi fere aequales, valde compressi, nonnihil pilosi, articulis ultimis dibriformibus; maxillares paullo majores, articulo basali angustato, subrecurso, secundo dimidio longiore, antrorsum subdilatato, nonnihil incurvatum, apice oblique truncatum, tertio praecedente paullo breviore; articulo ultimo sat compresso, basi valde angustato, extrorsum admodum dilatato, apice truncato, sat excavato; labiales densius pilosi; articulo secundo longissimo, ultimo subtrigono, maxillaribus paullo majore. Antennae 12-articulatae, utrinque serratae, glabrae; articulo primo obconico; secundo brevissimo; tertio longissimo; sequentes extrorsum sensim breviores, articuli omnes uno latere apice magis acuminati; ultimo sat compresso, elongato-quadrato, apice obtuse rotundato.

Nomen desumtum a κυρτος curvus, inflexus, et γναθος mandibula.

Observatio. Species genus nostrum constituens sub nomine „Prioni paradoxi Fald. (Bulletin de la Société Imperiale de Naturalistes de Moscou Tom. VI, pag. 63, Tab. II, fig. 3.)“ descripta, ob capitis formam elongatam, mandibulas peculiari modo cruciatim incumbentes, et alios characteres supra indicatos, a genere Prionus, quocum, capite excepto, habitu convenit disjungenda esse videtur.

Nro. 75. *Cyrtognathus paradoxus mihi*. Elongatus, subcylindricus, nigro-piceus, capite magno, valde elongato, deflexo; mandibulis longis, cruciatim incumbentibus; thorace utrinque acute bi-spinoso.

Longit. sine mandibulis 12-13½ lin. Latit. 5 — 5½ lin.

Statura et magnitudine Priono coriario Fabr. similis, sed angustior.

Mas. Caput maximum, nigrum, nitidum, valde elongatum, declinatum, supra sat crebre et profunde punctatum, lateribus confertissime granulatum, vertice leviter canaliculatum; fronte profunde carinata; intra marginem anticum profunde transversim impressum; margine ipso truncatum. Labrum hirsutum, fulvum, exsertum. Palpi validi, testaceo-pilosí, subtilissime punctulati; articulo ultimo apice flavo. Mandibulae longae, cruciatim incurvatae, castaneae, nitidae, apice nigrae, subtiliter punctulatae. Oculi transversi, ludi, vix prominuli. Antennae longitudine corporis dimidii, fulvae, extrorsum subtestaceae.

Thorax convexus, subquadratus, undique aequaliter marginatus, niger, longitudine vix latior, basi sinuatus, in utroque latere spinis duabus, magnis inaequalibus, compressis armatus, disco lucido, subtilissime punctato, prope marginem posticum foveolis 6 semicircularibus subtiliter impressus, latera versus crebre et profunde erosio-punctatus, subtus transversim crebre rugulosus.

Scutellum semiorbiculare, nigrum, depresso, vix punctatum, antice dense testaceo-pilosum.

Elytra thorace latiora, humeris rotundatis, postice angustata, apice singu-

gulatim rotundata, lateribus reflexis, supra crebre rugulosa, pone scutellum convessa, nigra, pone medium valde depressa, picea, lineis duabus obsoletis in singulo elytro longitudinalibus.

Corpus totum subtus nigro-ferrugineum, pectore dense fulvo-piloso: ab domine minute granulato, subnitido, pube tenui obtecto.

Pedes elongati, validi, saturate rufi; femoribus subnigro-variegatis; tibiis scabrosis; tarsis dilatatis, nitidis.

Femina mare paullo major, praesertim crassior; mandibulis latioribus, sed dimidio fere brevioribus; capite rotundato, cerebrius profundiusque punctulato: oculis plerumque magis prominulis; thorace multo breviore, supra cerebrius punctulato, et foveolis posticis aliter impressis; elytris convexioribus, pone humeros magis dilatatis, et pone medium haud depressis; corpore subtus laevigato, nitido; pedibus laevioribus.

Patria China borealis et Mongolia. — In Museo Academiae Scientiarum Imperialis Petropolitanae et Faldermanni.

Nro. 76. *Cerambyx Bungii mihi.* Totus anthracinus; thoracis disco quadri-tuberculato, brunneo; elytris laevibus nitidis; pedibus obscure violaceis.

Magnitudo et statura Cer. ambrosiaci Stev. paullo tamen latior; pedibusque longioribus, et robustioribus instructus.

Longit. 15 lin. Latit. $4\frac{1}{2}$ lin.

Caput nigrum, concinne ubique punctatum, subnitidum, subtus dense rugosum, vertice inter oculos profunde exarato, inter antennas productum utrinque in lobum subacutum elevatum, fronte inaequaliter sat exarata, longitudinaliter canaliculata; palpis flavis. Antennae corpore longiores, obscure violaceae, parce pilosae, coriaceae; articulis 3—4 carinatis.

Thorax valde inaequalis, niger, disco brunneus, apice posticeque valde constrictus, ibique transversim rugosus, rugis sat elevatis, lateribus spina

magna et robusta apice ipso nigra armatus, disco quadri-tuberculatus, glaber, nitidus, obsolete rugoso-punctatus, lateribus antice gibbis.

Scutellum elongatum, nigrum, apice acuminatum, supra depresso, inaequale, obsolete punctatum.

Elytra thorace medio latiora, postice nonnihil attenuata, apice singulatim rotundata, tota anthracina, glabra, laevia, nitida, sub oculo armato tenuissime coriacea, basi retusa, humeris productis, paullo elevatis, lineis duabus elevatis obsoletissimis in singulo, sutura lateribusque acute marginatis; disco leviter depresso.

Corpus subtus nigrum, subnitidum, obsolete coriaceum; segmentorum lateribus impressis.

Pedes valde elongati, tenues, obscure-violacei, scabrosi, tenuissime pubescentes; tibiis valde compressis, carinatis.

E Mongolia. — Unicum in Mus. Imper. Acad. Petrop. reperitur specimen.

Nro. 77. *Saperda Gebleri mihi*. Supra aterrima, opaca, corpore subtus, pedibus, antennarum articulis basalibus flavo-albidis; thorace vittis tribus, elytrorum marginibus his suturaque candidis.

Longit. 7 lin. Latitit. $2\frac{1}{2}$ lin.

Caput thorace vix latius, convexum, parce pilosum; longitudinaliter angustissime canaliculatum, in fronte et lateribus pube flavo-albida adpressa densissime tectum, vertice atrum; os nigrum. Oculi aterimi, parum prominuli.

Antennae corporis longitudine, parum pilosae, supra atrae, subtus et in baseos articulis dense albido-pubescentes.

Thorax brevis, cylindricus, parce pilosus, rude punctatus, opacus, intra basin transversim tenue carinatus, supra convexus, aterrimus, vitta laterali lata utrinque et tertia in medio paullo angustiora e pube condensata flavo-candida.

Scutellum cordatum, subdidymum, dense pubescens, utrinque nonnihil nigrum.

Elytra antice thorace dimidio latiora, humeris rotundatis, postice parum angustata, apice singulatim rotundata, subdehiscentia, supra aequaliter convexa, rude punctata, pone medium laeviora, pilis rigidis flavis parce obsita, aterrima, opaca, vitta laterali utrinque et sutura cum margine apice flavocandida.

Corpus subtus nigrum, cylindricum, pube flavo-albida, adpressa dense obtectum.

Pedes breviusculi, nigri, opaci, dense albido-pubescentes.

Patria China borealis. — In Museo Acad. Scient. Imperialis Petropolitanae et Faldermanni.

Nro. 78. *Callidium campestre mihi.* Piceum, opacum, subpilosum, crebre punctulatum; thorace obsolete canaliculato; elytrorum humeris scutelloque flavobrunneis.

Long. 8 lin. Lat. 2 lin.

Callidio holosericeo Rossii subsimilis, paullo tamen brevior et thorace majori laeviorique distinctum.

Caput deflexum, piceum, rude punctatum, parce fusco-pubescentes, inter oculos transversim tenuiter depresso, fronte producta, utrinque brunneomaculata, apice carinatum, vertice longitudinaliter anguste canaliculatum; palpis testaceis. Oculi magni, sat prominuli, nigri. Antennae fuscae, subpilosae, obsolete punctulatae.

Thorax subcordatus, piceus, latitudine paullo brevior, lateribus rotundatus, gibbus, basi truncatus, margine reflexus, in apicis medio tenuiter emarginatus, supra obsolete sed crebre punctulatus, parce fusco pubescens, disco subdepressus, tenuiter canaliculatus; macula parva brunnea obsoleta paullo ante medium utrinque signatus.

Scutellum subrotundatum, pube flava prostrata dense obtectum.

Elytra thoracis medio vix latiora, picea, lineari-elongata, apice rotundata,

lateribus sat reflexa, supra modice convexa, pono scutellum subtiliter impressa, ubique confertim et rude punctata, pube fusca parce vestita; humeris productis, rotundatis, flavis.

Corpus subtus subcylindricum, parum nitidum, subcoriaceum, pilis brevibus fuscis, prostratis parce vestitum, piceum; segmentorum marginibus diutioribus; ano densius piloso.

Pedes corpori concolores, validiusculi, pilosi, coriacei; femoribus sat in crassatis; tibiis tarsisque paullo pallidioribus.

Patria China borealis. In Museo Imper. Acad. Petrop. unicum tantum servatur exemplar.

Nro. 79. *Clytus gracilipes* mihi. Atro-fuscum; thorace elongato, gibbo, immaculato; elytris macula elongata humerali, litura obliqua scutello haud attinente, fascia media apiceque albido-pubescentibus, pedibus gracilibus.

Long. $4\frac{1}{4}$ — $4\frac{1}{2}$ lin. Lat. 1 — $1\frac{1}{2}$ lin.

Clyto plebejo Fabr. pictura quoque valde similis, sed paullo minor, pedibus longioribus tenuioribusque; fascia antica obliqua a scutello paulisper remota facile distinguitur.

Caput atrum, vertice obsolete transversim rugulosum, fronte deflexa, plana, utrinque acute marginata, apice truncatum, submarginatum, intra apicem lunatim impressum; ore ferrugineo, subpiloso. Oculi globosi, sat prominuli, castanei. Antennae corporis fere longitudine, tenuiter pubescentes, nigro-fuscae, extrorsum ferrugineae.

Thorax elongatus, gibbus, niger, opacus, immaculatus, apice posticeque marginatus, supra aequaliter convexus, confertissime sed obsolete granulatus, pube grisea brevissima parce obtectus, nec non pilis inaequalibus aliquot obsessus.

Scutellum semicirculare, pube albida dense tectum.

Elytra atro-fusca, thoracis medio parum latiora, in medio nonnihil con-

stricta, apice singulatim oblique truncata, et in ejus margine pilis longis, pallidis obsita, sat dehiscentia, angulo postico exteriore acuminata, supra cylindrica, tenuiter coriacea, macula parva humerali elongata, haud procul a scutello litura oblique versus medium descendente extrorsum arcuata, et praeterea fascia pone medium obliqua, transversa, subarcuata, externe angustiore, et altera apicali cinereo-albida instructa, humeris prominulis, rotundatis.

Corpus subtus atro-fuscum, subnitidum, parce pubescens, sub oculo fortiter armato obsolete punctatum, certo situ in pectore, segmentorum marginibus lateribusque albidum.

Pedes lineares, valde elongati, fusi, tenues, subpubescentes; tarsis dilutioribus.

In montibus Altaicis. — In Museo Acad. Scient. Imper. Petropolitanae et Faldermanni.

Nro. 80. *Auchenia? thalassina mihi.* Lineari-elongata; vertice nigro; ore flavo-thorace transverso, flavo-rubo, maculis tribus nigris; elytris alutaceis, thalassino-aeneis; pedibus testaceis, nigro-vittatis.

Longit. 3 lin. Latit. $1\frac{1}{4}$ lin.

Caput transversum, vertice nigrum, scabrum, subtiliter pubescens, anguste canaliculatum, inter oculos late impressum, ibique linea subsinuata, transversa, vix elevata, antice flavum, laevigatum, parum inaequale, glabrum, apice depresso. Antennae tenues, flavae, nigro-maculatae. Oculi parvi, rotundati, globosi, nigri, valde prominentes.

Thorax transversus, latitudine plus duplo brevior, basi et apice exacte truncatus, tenui marginatus, angulis omnibus obtusis, supra inaequaliter deplanatus, confertissime ac minutissime ruguloso-punctatus, disco transversim in medio, praesertim intra apicem impressus, rufo-flavus, macula magna parum elongata nigra in medio disci, et altera lateraliter rotundata utrinque.

Scutellum piceo-nigrum, elongatum, apice obtuse rotundatum, supra non-nihil convexum, subpubescens.

Elytra linearis-elongata, parallela, thorace dimidio latiora, lateribus acute marginata, apice obtuse rotundata, supra convexa, alutacea, thalassino-aenea, opaca, humeris productis, rotundatis; pone humerum apicem versus sulco lato, plano, subobliquo, praeterea ubique pube grisea parce obtecta.

Corpus subtus nigrum, obsoletissime punctatum, nitidum, pube grisea de-pressa parce vestitum; thorace subtus flavo-rubo.

Pedes longiusculi, tenuiter pubescentes, flavo-testacei; femoribus omnibus parum incrassatis externe nigro-vittatis.

Patria Mongolia.

In Museo Acad. Imper. Scient. Petrop. et Faldermanni.

Nro. 81. *Galleruca fulminans* mihi. Viridi-aenea, nitida, concinne punctata; thoracis disco utrinque profunde impresso; elytris inaequalibus, singulis maculis duabus magnis rubro-cupreis notatis margine coeruleo-violaceis; abdomine testaceo.

Longit. $3\frac{1}{2}$ lin. Latit. 2 lin.

Caput latum, transversum, vase, sed rude punctatum, viridi-aeneum, nitidum, vertice cupreo-aureum, lateribus coerulecentibus. Antennae capite cum thorace multo longiores, violaceae, nitidae, basi aeneo-virescentes pagina externa subpubescentes.

Thorax brevissimus, laete viride aeneus, nitidus latitudine triplo brevior, basi obtuse rotundatus, apice late, sed haud profunde emarginatus, lateribus antice dilatatus, subrotundatus, undique tenuiter marginatus, supra modice convexus, ubique concinne, sed vase punctatus, fovea lata sat impressa utrinque in medio disci.

Scutellum latum, postice rotundatum, violaceum, dense punctatum.

Elytra thorace parum latiora, sublinearia, pone medium parum dilatata,

apice obtuse rotundata, humeris productis, rotundatis, supra convexa, inaequalia, ubique rude et profunde sed vase punctata, viridi-aenea, nitida, margine utrinque coeruleo-violacea; singula maculis duabus magnis cupreo-rubris una pone alterum positis fulminantibus notata, ante marginem lateralem profunde canaliculata.

Corpus subtus obsolete punctulatum. Thorax subtus, pectus, et pedes e coeruleo viridi aenea, nitida, Abdomen testaceum, subpilosum; segmentorum lateribus foveolatis.

Sine dubio Gallerucarum formosissima.

Patria China borealis. — In Museo Acad. Imper. Scient. Petrop. et Faldermanni.

Nro. 82. *Galleruca Menetriesii mihi.* Oblonga, glabra, nigra, supra flava; thorace transverso, tri-impresso; elytris obsoletissime punctulatis, pone medium et in laterum antica parte nigris.

Longit. $3\frac{1}{4}$ lin. Latit. $1\frac{1}{2}$ lin.

Statura quodammodo Gallerucae quadri-maculatae Fab., plerumque tamen latior, sed vix longior.

Caput rotundatum, planum, nitidum, flavum, ante antennas utrinque profunde impressum, apice anguste nigro-marginatum; ore subpiloso, palpis aterrimis. Oculi magni, ovales, sat prominuli, nigro-luridi. Antennae dimidio corpore parum longiores, filiformes, piceae, subtilissime pubescentes; articulis duabus basalibus flavis.

Thorax transversus, longitudine duplo latior, flavus, nitidus, subluridus, basi rotundatus, angulis vix productis, subacuminatis, lateribus antice non-nihil dilatatis, subrotundatis, angulis anticis deflexis, valde incrassatis, apice late, sed haud profunde emarginatus, supra inaequalis, parum convexus, fovea plana intra apicem in medio, et altera utrinque impressus, praeterea

linea vix elevata longitudinali instructus, undique subtilissime et crebre punctulatus.

Scutellum transversum, postice rotundatum, laevigatum, nigrum, nitidum.

Elytra thorace dimidio latiora, basi retusa, humeris productis, rotundatis, lateribus linearia, apice truncata, subdehiscentia, supra convexa, obsoletissime minute, sed confertissime punctata, flava, pone medium usque ad apicem, et in lateribus antice nigra, glabra.

Corpus subtus tenuiter coriaceum, nigrum, pube flava parce vestitum, thorace subtus utrinque flavum.

Pedes longi, tenues, creberrime ac subtiliter punctulati, tenuiter flavidopubescentes, nigri, anteriores flavo-variegati.

Patria China borealis.

In Museo Academiae Scient. Imperialis Petropolitanae et Faldermanni.

Nro. 83. *Chrysomela aeruginosa* mihi. Breviter ovata, tota fusco-aenea; thorace brevissimo, punctato, lateribus incrassato; elytris inaequaliter punctato-striatis, striis per paria approximatis, interstitiis punctulatis; corpore subtus purpureo-aeneo.

Longit. $2\frac{2}{3}$, $3\frac{1}{6}$, lin. Latit. $1\frac{1}{2}$, $2\frac{1}{4}$ lin.

Chrysomelae salviae Dej. (Periculi Entom. Spec. Ins. nondum descriptas etc. auct. C. R. Sahlberg, pag. 76, Nro. 53.) valde similis, pro longitudine paullo brevior; thoracis autem punctura plerumque majori, elytrorumque lateribus magis dilatatis diversa.

Caput magnum, latum, apice truncatum, supra inaequaliter et rude punctatum, intra apicem semicirculariter impressum, vertice nonnihil convexum; fronte plana, inaequali; ore rufo-piloso. Oculi aterrimi, globosi. Antennae thorace plerumque longiores; baseos articuli quinque tenues, piceae, nitidae, extrorsum sensim incrassatae, nigrae, opacae; articulo ultimo maximo, elongato, fusco.

Thorax brevissimus, antice paullo angustior, apice late et profunde emarginatus, basi rotundatus, subtiliter bi-sinuatus, undique anguste marginatus, supra modice convexus, sat crebre et grosse punctatus, latere incrassatus, ibique punctis plerumque majoribus, nec non crebrius impressus.

Scutellum latum, postice acuminatum, supra laevigatum.

Elytra thorace latiora, in medio dilatata, rotundata, humeris nonnihil erectis, supra valde convexa, postice fornicata, retusa, subnitida, punctato-striata, striarum per paria dispositarum, punctis coarctatis, sat profunde impressis, interstitiis vage punctulatis, in humero juxta basin impressa.

Corpus subtus purpureo-aeneum, nitidum, vage punctatum, obsoletissime coriaceum, pilis brevissimis parce obsitum.

Pedes breves, robusti, nigro-aenei, rude ac vage punctati; tibiis apice scabrosis, dense ferrugineo-pilosis.

Obs. Variat et colore et elytrorum punctura.

Habitat in viciniis urbis Irkutzk.

In Museo Faldermanni unicum specimen tantum reperitur. Missa a. D.

Stchukin.

Nro. 84. *Chrysomela gibbipennis* mihi. Oblongo-ovata, tota obscure cyanea, subcupreo-nitens; supra undique inaequaliter crebre punctulata; thoracis margine parum incrassato; elytris fornicatis utrinque gibbis.

Longit. $3\frac{1}{4}$ lin. Latit. $2\frac{1}{2}$ lin.

Praecedente plerumque angustior, et multo gibbior, antice magis angustata. Caput transversum, apice obtuse rotundatum, subtruncatum, vertice non-nihil convexum, ubique inaequaliter vage punctatum, inter oculos transversim erosum, supra os rotundatim impressum. Oculi sat prominuli, nigri.

Antennae thorace parum longiores, fusco-aeneae.

Thorax transversus, latitudine medii triplo fere brevior, basi rotundatus, utrinque leviter sinuatus, angulis acutis, lateribus ante medium parum dilatatis, subrotundatis, angulis anticis obtusis, apice semi-circulariter late et

profunde emarginatus, undique marginatus, supra modice convexus, concinne ac vage punctatus, utrinque nonnihil incrassatus.

Scutellum subtriangulare, planum, obsoletissime rugulosum.

Elytra thorace basi parum latiora, postice dilatata, rotundata, lateribus reflexa, supra fornicata, apice sat retusa, lateribus gibba, ubique inaequaliter sat crebre et distincte punctata, nec non obsolete rugulosa, punctis latera versus majoribus, subconfluentibus.

Corpus subtus vage punctatum, nitidum; abdome lateribus foveolato; ano, pectorisque lateribus rugulosis.

Pedes robusti, longiusculi, femoribus vage sed evidenter punctatis; tibiis apice scabris, fusco pilosis; tarsis subtus dense testaceo-spongiosis.

Habitat in viciniis urbis Irkutzk.

In Museo Faldermanni missa a D. Stchukin.

Nr. 85. *Chrysomela ambulans* mihi. Ovalis, aenea, valde convexa, thorace impunctato, polito, margine lateralí aequaliter valde incrassato; elytris profunde punctato-striatis, interstítii laevissimis.

Longit. 3 — $3\frac{1}{2}$ lin. Latit. $2\frac{1}{4}$, $2\frac{1}{2}$ lin.

Statura et magnitudine fere Chrysomelae geminatae Payk. apice tamen et postice magis attenuata, elytris plerumque fortius punctatis, et interstítii striarum in nostra laevibus.

Caput breve, deflexum, apice rotundatum, supra laeve, impunctatum, aeneum, nitidum, supra os fere semi-circulariter sed parum depresso; ore ferrugineo. Oculi magni, nigri. Antennae dimidio corpore parum breviores, ferrugineae, extrorsum sensim crassiores, subtiliter pubescentes.

Thorax transversus, longitudine plus duplo latior, basi obtuse rotundatus, anguste aequaliter marginatus, angulis rectis, acutis, apice late, sed haud profunde emarginatus, angulis sat deflexis, acuminatis, postice paulo latior, lateribus fere rectis, acute marginatis, ante medium vix rotundatis, et ante

angulum posticum subtiliter sinuatis, supra parum convexus, impunctatus, politus, aeneus, margine laterali a basi usque ad apicem late sed aequaliter incrassatus, intra marginem lateralem autem canaliculo angusto et sat profundo impressus.

Scutellum parum elongatum, apice acuminatum, supra laeve, obscure aeneum.

Elytra aenea, laevissima, basi thoracis latitudine, dein medium versus subdilatata, rotundata, postice angustata, apice rotundata, supra ante medium convexa, postice valde fornicata, ad apicem retusa; singula striis decem e punctis majoribus profunde impressis formatis, intersticiis impunctatis, politis, nitidis.

Corpus subitus fusco-aeneum, nitidum; abdomine punctis quibusdam impresso, et segmentorum lateribus tenuiter foveolatis.

Pedes mediocres, fusco-aenei, distinete ac vage punctati; tarsorum articulo ultimo apice ferrugineo.

E viciniis urbis Irkutzk.

In Museo Faldermanni missa a D. Turczaninoff.

Nro. 86. *Chrysomela rufilabris* mihi. Breviter ovata, valde fornicata, tota nigro-aenea, subnitida; thorace subtilissime punctulato, utrinque late incrassato; elytris punctato-striatis, intersticiis vage punctulatis; antennis, labro, pedibusque rufo-ferrugineis.

Longit. $2\frac{3}{4}$ lin. Latit. 2 lin.

Magnitudo et statura quadammodo Chrys. variantis Fabr.

Caput latum, breve, apice rotundatum, obsolete et vage punctatum, apice sat impressum, ante oculos lobatum. Antennae thorace longiores, totae rufo-ferrugineae, crassae; articulo primo baseos testaceo. Oculi globosi, nigri. Labrum leviter emarginatum, subpunctatum, cum palpis rufum.

Thorax brevissimus, longitudine quadruplo fere latior, basi rotundatus, utrinque subtiliter sinuatus, angulis rectis, acutis, lateribus in medio dilata-

tus, rotundatus, apice late, sed haud profunde emarginatus, angulis nonnihil productis, subacutis, ubique anguste marginatus, supra convexus, disco obsoletissime minutissimeque, latera versus evidentius punctatus, juxta marginem lateralem incrassatus, suberosus.

Scutellum triangulare, politum, planum.

Elytra thoracis latitudine, pone humeros parum dilatata, rotundata, postice subsinuatim parum angustata, apice obtuse rotundata, lateribus acute marginata, supra valde fornicata, apice retusa, punctis majoribus in strias confertim collocatis profunde impressa, latera versus punctis subconfluentibus, et striarum intersticiis ubique vase punctulatis instructa.

Corpus subtus piceo-nigrum, subpunctatum; ventris limbo, anoque ferrugineis.

Pedes robusti longiusculi, rufo-ferruginei, concolores; tibiis apice valde dilatatis.

E vicinitate urbis Irkutzk misit Illust. D. Stchukin.

In Museo Faldermanni.

Nro. 87. *Clytrea bisignata* mihi. Coerulea, nitida; thorace concinne et vase punctato, angulis posticis elevatis; elytris luteis, crebre punctatis, glabris, macula rotundata, majore, nigra axillari, instructis.

Longit. 4 lin. Latit. $1\frac{3}{4}$ lin.

Caput retractum, subtiliter punctulatum, glabrum, coeruleum, nitidum, vertice summo convexum, ibique parum obscurior, fronte inter oculos transversim late impressa, apice plana. Ocoli globosi, sat prominenti, fusci. Antennae thoracem vix superantes, extrorsum incrassatae; articulo primo basali coeruleo, nitido, reliquis obscure violaceis:

Thorax transversus, lateribus valde declivibus, dilatatis, rotundatis, in medio subangulatis, antice angustatus, basi sat profunde bisinuatus, lobo medio rotundato, angulis posticis porrectis, rotundatis, apice truncatus, undique

concinne marginatus, supra parum convexus, valde inaequalis, ante scutellum transversim et intra apicem tenuiter lunatim impressus, ubique vage punctulatus, in disci medio parum laevior, foveola parva utrinque impressus, totus laete coeruleus, glaber, nitidus. Scutellum elongatum, coeruleum, politum, postice porrectum, apice rotundatum, subreflexum.

Elytra thorace parum latiora, linearis-elongata, in medio subsinuata, apice obtuse sinuata, lateribus reflexa, basi truncata, supra subcylindrica, lutea, glabra, nitida, crebre et concinne punctata, obsoletissime rugulosa, lineis longitudinalibus obsoletissimis quibusdam notata, paulo pone humerum macula rotundata, majori, nigra utrinque signata.

Corpus subtus cylindricum, obsolete coriaceum, obscure coeruleum, nitidum, pube grisea inaequaliter parce tectum.

Pedes mediocres, subtiliter pubescentes; antici paulisper longiores. Tibiae subarcuatae.

Patria China borealis.

In Museo Acad. Imper. Scient. Petropolitanae unicum exemplar exstat.

Nro. 88. *Cryptocephalus bivulneratus* mihi. Niger, nitidus; thorace gibbo, viridi-aeneo, vage punctato; elytris saturate laete cyaneis, profunde rugoso-punctatis, apice bimaculatis, thoracis margine laterali et antico, femoribusque rubris.

Longit. $1\frac{2}{3}$, 2 lin. Latit. 1, $1\frac{1}{6}$ lin.

Caput retractum, viridi-aeneum, nitidum, vage, sed rude punctatum, inaequaliter obsolete rugosum; fronte inaequali, in medio longitudinaliter impressa, guttula rubra minuta juxta oculos utrinque; margine antico anguste, et lateribus ante oculos late rubris; ore ipso piceo. Antennae corporis dimidium parum superantes, filiformes; articulis quatuor baseos luteo-rubris, glabris, nitidis, extrorsum sensim obscurioribus, apicalibus, obscure fuscis, griseo-pubescentibus, opacis. Oculi luridi, lunati.

Thorax transversus, longitudine triplo fere latior, basi in medio parum rotundatus, utrinque late, sed haud profunde sinuatus, angulis subrecurvatis, acutis, antice paulo latior, lateribus fere linearis, vix rotundatus, reflexus, apice truncatus, angulis rectis, valde deflexis, supra gibbus, viride-aeneus, nitidus, vase ac undique concinne punctatus, punctis ad latera subconfluentibus, margine antico et lateribus anguste rubro-marginatus.

Scutellum subtriangulare, parum elongatum, nigrum, subvirescens, vase et obsolete punctatum, apice subelevatum.

Elytra basi thoracis latitudine, dein pone humerum nonnihil dilatata, subrotundata, postice angustata, apice singulatim obtuse rotundata, parum dehiscentia, supra cylindrica, saturate laete cyanea, punctis majoribus sat crebre et profunde impressa, nec non obsolete rugosa; callo humerali sat producto, laevi; margo lateralis a basi fere ad medium usque angustissime testaceus; juxta apicem fascia communi rubra instructus.

Corpus subtus nigrum, nitidum, vase, sed profunde punctatum, abdomine leviter pubescens, ventris segmento ultimo in medio profunde excavato; sub thorace utrinque rubrum, pectoris angulis anticis testaceis; pygidio nigro, subvirescente. Pedes vase punctati; femoribus omnibus rubris, externe nigris, tibiis anticis ferrugineis; reliquis cum tarsis nigris, subpubescentibus.

Foemina: paulo major; segmento ultimo ventrali minus profunde impresso; pygidio apice rubro, bi-tuberculato; pedibus omnibus rubris, subinfuscatis.

Habitat in viciniis urbis Irkutzk.

In Museo Faldermanni.

Nro. 89. *Cryptocephalus hirtipennis* mihi. Totus violaceus, nitidus, thorace gibbo, profunde punctato, angulis posticis luteis; labro, coxisque quatuor primi paris flavo-albidis, elytris rude et rugose punctatis, hirtis.

Longit. $2\frac{1}{4}$ lin. Latit. $1\frac{1}{8}$ lin.

Caput valde retractum, cyaneo-violaceum, nitidum, inaequaliter suberoso-punctatum; fronte inaequali, obsolete canaliculata; apice flavo-marginatum; ore ferrugineo. Oculi lunati, nigri. Antennae corpore parum breviores, filiformes; articulis quatuor baseos ferrugineis, reliquis nigris, cano-pubescentibus.

Thorax basi bi-sinuatus, angulis posticis superne parum explanatis, productis, obtusis; angulo ipso summo flavo; lateribus declivis, subrectus, reflexus, intra apicem nonnihil rotundatus, apice trunca-tus, supra gibbus, ubique sat crebre et profunde punctatus, cyaneo-violaceus, subvirescens, intra angulum posticum impressus.

Scutellum elongatum, laeve, nigro-violaceum, postice parum porrectum.

Elytra thorace vix latiora, sublinearia, pone humerum dilatata, declivia, subrotundata, apiee obtuse rotundata, dehiscentia, supra cylindrica, cyaneo-violacea, nitida, confertissime et rude rugoso-punctata, intra callum humeralem juxta basin impressa, pilis rigidis, obliquis, aequaliter ac parce subseriatim obsita.

Corpus totum subtus cyaneo-violaceum, coriaceum, pubescens; segmento ventrali ultimo profunde impresso. Pedes parum elongati, violacei, subpilos; femoribus vase punctatis; tibiis scabrosis; coxis quatuor primi paris flavis.

Habitat in vicinia urbis Irkutzk.

In Museo Faldermanni unicum specimen a D. Stchukin missum.

Nro. 90. *Cryptoccephalus Sichukini mihi.* Niger; thorace lato, minute punctulato, lateribus, margine antico, linea scutelli discoidea dilatata, elytrisque rubris, his sutura et maculis quatuor in singulo nigris.

Longit. $2\frac{3}{4}$ lin. Latit. $1\frac{1}{2}$ lin.

Statura, colore et pictura Crypt. halophili Gebleri (Ledebours Reise, II. Theil, Sect. III., pag. 204) affinis, plerumque tamen major, respectu longitudinis latior, et praeterea thorace antice dilatato, et gibbiore bene distinguendus.

Caput totum nigrum, creberrime eroso-punctatum, in verticis medio impressum, fronte inaequali, inter oculos minute bituberculata, macula parva elongata ante oculos utrinque donata. Oculi prominuli, lunati, nigro-luridi. Antennae dimidio corpore haud longiores, filiformes, nigrae; articulo primo baseos infra et 2, 3, 4 testaceis. Thorax magnus, basi late, sed haud profunde bi-sinuatus, angulis nonnihil prominulis, subreflexis, lateribus antice valde deflexus, apice truncatus, supra scutellum paulisper depresso, antice valde convexus, ubique aequaliter profunde, sed vage punctatus, niger, nitidus, in utroque latere, apice anguste ruber, nec non linea dorsali angusta, et ante scutellum in maculam magnam dilatatam effluente rubra, summo margine antico et lateral i nigris.

Scutellum elongatum, laeve, nigrum, apice transversim subtiliter depresso.

Elytra elongata, cylindrica, pone humeros parum constricta, apice obtuse singulatim rotundata, dehiscentia, lateribus fere linearia, ante medium vix dilatata, saturate rubra, undique vage punctata, in sutura nigra, macula humerali elongata et altera subrotundata juxta basin pone scutellum, porro teritia subelongata paulo pone medium in disco, et quarta denique parva, punctiformi postice intra suturam nigra instructa et praeterea angulis anticis interioribus et margine intra humerum pallida, et in sutura nonnihil incrassata. Corpus subtus nigrum, obsolete coriaceum; ventris lateribus impressis; segmento ultimo maris in medio leviter impresso.

Pedes robusti, evidenter punctati, nigri, subpubescentes.

Habitat in viciniis urbis Irkutz.

Nº. 91. *Coccinella conspicua* mihi. Hemisphaerica, gibba, supra aterrima; capite thoraceque lateribus late pallido-testaceis; elytris fascia lata, abbreviata, discoidea lutea vix ante medium in singulo.

Longit. 3 lin. Latit. 2½ lin.

Caput breve, transversum, valde retractum, deflexum, minutissime vage punctatum, laeve, lurido-testaceum, apice rotundatum; ore pallido-piloso. Oculi magni, aterrimi. Antennae palpaque rufo-testaccae, apice parum infuscatae.

Thorax transversus, latitudine triplo fere brevior, basi rotundatus, lateribus ampliatus, rotundatus, tenuiter reflexus, antice nonnihil angustatus, apice late et profunde emarginatus, pone oculos subsinuatus, supra modice convexus, glaber, nitidus, minutissime vage punctulatus, angulum anticum versus subexplanatus, lateribus late pallido-testaceis.

Scutellum triangulare, nigrum, obsolete punctatum, apice transversim tenuiter impressum.

Elytra magna, basi late emarginata, ibique transversim obsolete carinata, rotundata, supra gibba, nigra, ubique minute et vage punctata, lateribus ampliata praesertim antice explanato-marginata, ibique distinctius crebriusque punctata, singula fascia lata, sed valde abbreviata, discoidea, lutea vix ante medium conspicua; margine antico intra humerum utrinque subrufescente.

Corpus subtus piceo-nigrum, pilis flavis, brevibus parce obsitum; thorace subtus, et macula parva pectorali utrinque testaceis; pectore obsolete ac dense strigoso; ventris limbo late testaceo-marginato.

Pedes toti rufo-testacei, subtiliter pubescentes, obsolete punctati; femoribus nonnihil incrassatis, parum obscurioribus.

Patria China borealis.

In Museo Acad. Imper. Scient. Petropolitanae unicum specimen reperitur.

Nro. 92. *Coccinella Lesseri* mihi. Subhemisphaerica, supra aterrima; macula verticali, thorace lateribusque flavis; elytris explanato-marginatis, singulis macula magna discoidea, lutea notatis; pedibus piceis.

Longit. $3\frac{1}{2}$ lin. Latit. $2\frac{1}{4}$ lin.

Praecedenti affinis.

Caput subdeflexum, breve, apice truncatum, nigrum, macula magna, rotundata, verticali flava decoratum; margine antico ipso subtestaceo. Labrum piceum, rufo-pilosum. Oculi magni, aterrimi. Antennae testaceae, extrorsum subferrugineae.

Thorax transversus, latitudine triplo sere brevior, forma exacte ut in priori obsoletius tamen punctatus, margine antico subtestaceus disco ater, utrinque late flavus.

Scutellum triangulare, supra parum convexum, rude sed vage punctatum, nigrum.

Elytra magna, rotundata, basi oblique truncata, marginata, lateribus praesertim ante medium late explanata, margine ipso reflexo, supra valde convexa, vel fornicata, distincte, sed vage punctata, lateribus crebre et evidenter punctata, intra marginem anticum transversim leviter impressa, tota aterrima singula in medio macula magna, subrotundata, discoidea, lutea, notata.

Corpus subtus rude, crebre et concinne punctatum, nigrum, nitidum, subpilosum; thoracis lateribus subtus et macula pectorali triangulari utrinque pallido-testaceis; abdomine piceo, late rufo-marginato. Pedes validusculi; femoribus elongatis, incrassatis, piceis; tibiis ferrugineis, externe nigris; subpilosis; tarsis rufis.

In Museo Acad. Imper. Scient. Petropolitanae unicum exemplar exstat.

Patria China borealis.

Nro. 93. *Coccinella spectabilis* mihi. Subhemisphaerica, supra aterrima; macula verticali, triangulari, thorace lateribusque late flavo-testaceis; elytris explanato-marginatis, macula reniformi majori discoidea, et altera postice rotundata lutea; pedibus nigris; tarsis rufis.

Longit. $3\frac{1}{3}$ lin. Latit. $2\frac{1}{2}$ lin.

Caput atrum, sat deflexum, nitidum, apice obtuse rotundatum, fronte tenue depresso, rude, sed vage punctata, macula flavo-testacea triangulari inter ocu-

los, antice dilatata signatum. Oculi magni, prominuli, globosi, aterrimi. Antennae breviusculae, subpilosae, testaceae, summo apice piceae.

Thorax brevissimus, basi rotundatus, utrinque leviter sinuatus, lateribus ampliatus, obtuse rotundatus, reflexus, marginatus, apice late et profunde emarginatus, angulis omnibus obtusis, rotundatis, supra parum convexus, coninne punctatus, lateribus praesertim antice late explanatus, ater, nitidus, glaber, lateribus totis albidis.

Scutellum nigrum, vage punctatum, nitidum.

Elytra magna, rotundata, basi exacte truncata, reflexa, lateribus valde explanato-marginatis, supra fornicata, in disco minutissime et parce, latera versus autem crebrius punctata; callo humerali sat elevato, gibbo; macula magna discoidea lutea postice sinnata, quare reniformi vix ante medium et altera intra apicem prope suturam rotundata, lutea.

Corpus subtus nigrum, rude punctatum, subpubescens; thorace subtus lateribus et macula pectorali pallido; limbo ventrali late rufo.

Pedes validi, breves, nigri, subpubescentes; tarsis genubusque anticis rufis.

Patria China borealis.

In Museo Acad. Imper. Scient. Petropolitanae unicum specimen reperitur.

Nro. 94. *Coccinella aulica mihi*. Subhemisphaerica, supra aterrima, capite thoraceque lateribus late albido-flavis; elytris explanato-marginatis, macula communi magna lutea; pedibus luteis; tibiis externe nigro-vittatis.

Longit. 3 lin. Latit. 2½ lin.

Caput deflexum, transversum, apice rotundatum, minute punctulatum, atrum, macula frontali, triangulari inter oculos dentata, versus verticem valde attenuata, acuminata, testacea. Oculi globosi, aterrimi. Antennae testaceae, apice nonnihil infuscatae.

Thorax brevis, basi subsemicirculariter rotundatus, lateribus arcuatus, apice late emarginatus, profunde bisinuatus, supra modice convexus, ater, nitidus,

lateribus explanatus, subelevatus, reflexus, acute marginatus; summo margine rufescente; margine antico testaceo, praeterea macula magna flavo-albida utrinque, et altera parva vix ante medium disci, elongata ferruginea, parum obsoleta.

Scutellum triangulare, atrum, vase punctatum,

Elytra rotundata, basi oblique emarginata, margine sat reflexa, lateribus late explanata, reflexa, marginata, supra fornicata, confertissime evidenter punctata, macula magna communi, lutea, basi late transversim et marginibus exterioribus anguste nigra.

Corpus subitus piceo-nigrum, ubique parce et breviter pilosum pectore confertissime rugulosum; thorace subitus in medio utrinque rufo-testaceo, pectoris lateribus antice et postice flavo-albido-maculatis, limbo ventrali late, et segmentorum marginibus anguste rufo-marginatis.

Pedes breves, validiusculi, lutei; tibiis omnibus externe nigro vittatis.

Patria China borealis,

In Museo Acad. Imper. Scient. Petropolitanae unicum specimen tantum reperitur.

Nro. 95. *Coccinella tristis* mihi. Hemisphaerica, gibba; capite, thorace, elytrorumque marginibus nigris, his disco toto rufo-ferrugineis, tuberculo humerali sat elevato.

Longit. 3 lin. Latit. $2\frac{1}{2}$ lin.

Statura Cocc. bipustulatae Fabricii.

Caput totum sub thorace absconditum, valde deflexum, apice inflexum, transversum, breve, nigrum, rude punctatum, apice truncatum, in medio late emarginatum, subreflexum, tenuiter marginatum, utrinque angulatum, angulis obtuse rotundatis. Antennae brevissimae, ferrugineae. Os palpaeque nigropicea. Oculi magni, prominuli, aterrimi, globosi.

Thorax subdesflexus, postice semicirculariter rotundatus, apice profunde et late angulatim emarginatus, lobis lateralibus valde productis, caput ambientibus, obtuse angulatis, tenuiter marginatis, supra convexus, totus niger, minute undique punctatus; lateribus deflexis, impressis, subexplanatis, pube grisea tenui tectis.

Scutellum triangulare, parvum, nigrum, angulis omnibus obtusis.

Elytra rotundata, basi late et profunde emarginata, supra gibba, ferruginea, lateribus nigro-marginata, margine explanata, ibique crebre et distincte eroso-punctata, disco sub oculo acute armato tantum obsolete punctulata, nitida, intra humerum quemvis tuberculo subrotundo, sat elevato instructa ibique margine antico depressa.

Corpus subtus totum rufum, planum, subimpressum, confertissime rugoso-punctatum, pilis brevissimis, obliquis parce obsitum.

Pedes breves, vage punctati, subpilosi, rufo-ferruginei; tibiis modo paulo obscurioribus.

Patria China borealis.

In Museo Acad. Imper. Scient. Petrop. et Faldermanni Majo mense a Dr. Bunge in Pruno armeniaca capta.

Nro. 96. *Coccinella amoena mihi.* Oblonga, nigra; vertice trimaculata; thorace angulis anticis lateribusque anguste flavo-marginatis; elytris flavis, macula humerali et plaga suturali postice literam C formante nigra.

Longit. 2 lin. Latit. $1\frac{1}{4}$ lin.

Statura Cocc. septemmaculatae Fabr. dimidio tamen fere minor.

Caput breve, transversum, deflexum, nigrum, vage punctatum, apice obtuse rotundatum, foveola parva, elongata inter oculos impressum, ibique maculis tribus parvis, elongatis, subconfluentibus flavis, notatum. Antennae testaceae, apice ferrugineae. Oculi aterrimi, globosi. Labrum ferrugineum, parce breviter pilosum.

Thorax transversus, in medio baseos rotundatus, utrinque sinuatus, angulis nonnihil productis, obtusis, lateribus ampliatis, rotundatis, reflexis, apice late, sed haud profunde emarginatus, angulis productis, obtusis, supra parum convexus, obsoletissime vage punctatus, niger; vitta longitudinali angusta in disci medio obvia valde interrupta, nec non margine antico utrinque et lateribus anguste flavo-marginatis.

Scutellum triangulare, minute, sed rude punctatum,

Elytra oblongo-ovata, basi thoracis parum latiora, humeris rotundatis, lateribus reflexa, parum rotundata, apice subattenuata, supra convexa, obsoletissime punctulata, flava; macula humerali elongata, apice subarcuata, plaga suturali a scutello usque pone medium ducta, hinc in discum elytri extensa, et fere literam C formante, punctoque exteriore adjacente nigra, paullo pone scutellum fascia abbreviata cum plaga suturali cruciatim conexa.

Corpus subtus convexum, rude et concinne punctatum, totum nigrum; thorace subtus, lateribus anguste et macula subtriangulari pectorali antice et postice utrinque flavis; abdomine utrinque subtiliter testaceo-marginato.

Pedes robusti, nigri; tibiis apice tarsisque ferrugineis.

Habitat in regione Irkatzk. Missa a D. Turczchaninoff. In Museo Faldermanni.

Nro. 97. *Coccinella transverso-guttata*. Say. Subhemisphaerica, nigra; vertice punctis duobus, thoracisque angulis anticis late albidis; elytris luteis, trifasciatis et in medio externe puncto notatis.

Longit. $3\frac{1}{2}$ lin. Latit. $2\frac{5}{6}$ lin.

Statura et pictura fere Cocc. trifasciatae Fabr. duplo tamen fere major; praesertim var. b, Gyllh. (Insecta Suecica Vol. IV. pag. 166) affinis.

Caput transversum, breve, deflexum, nigrum, distincte punctatum, apice truncatum; ore subpilosum; inter oculos maculis duabus parvis, albidis no-

tatum. Oculi picei, flavo-cingulati. Antennae ferrugineae; articulo primo basali nigro, secundo et apicalibus parum testaceis.

Thorax transversus, longitudine medii triplo fere latior, basi rotundatus, lateribus fere rectis, vix rotundatis, reflexis, angulis omnibus obtusis, apice profunde angulatim emarginatus, et tenuiter flavo-fimbriatus, supra parum convexus, niger, confertissime punctatus, nitidus, in angulo antico utrinque macula subquadrata, flavo-albida notatus.

Scutellum triangulare, rude punctatum, nigrum, supra nonnihil impressum.

Elytra magna, rotundata, saturate lutea, lateribus sat reflexis, supra gibba, confertim punctulata; fascia nigra communi juxta scutellum transversa, porro altera media prope suturam late interrupta, versus exteriora abbreviata, et tertia intra apicem utrinque valde abbreviata, praeterea utrinque punctum parvum liberum prope fasciam secundam et macula parva albida ad marginem anticum juxta scutellum.

Corpus subtus cum pedibus totum nigrum, nitidum, maculis duabus parvis, pallidis utrinque in pectore notatum.

Var. Elytrorum fascia media cum postica pone suturam confluens.

In Museo Acad. Scient. Imper. Petropolitanae et Faldermanni.

Habitat in viciniis urbis Irkutzk.

Observatio: Ante annos aliquot idem insectum a cel. Dr. Harris ex America septentrionali sub hocce nomine accepi.

Nro. 98. *Coccinella fasciato-punctata* mihi. Ovalis nigra; thoracis lateribus, lituraque discoidea angusta albidis; elytris rubris, fasciis sinuatis tribus interruptis.

Longit. $2\frac{2}{5}$ lin. Latit. $1\frac{1}{5}$ lin,

Cocc. trifasciatae Fabr. subsimilis, paullo tamen longior, et minus convexa et elytrorum signatura valde diversa.

Caput nigrum, deflexum, confertissime ac obsoletissime punctulatum

apice truncatum, guttula albida juxta oculos utrinque notatum. Antennae totae rufo-testaceae, apice tantum subinfuscatae. Oculi globosi, aterrini.

Thorax postice rotundatus, utrinque leviter sinuatus, lateribus non nihil rotundatus, sat reflexus, apice late, sed minus profunde emarginatus, supra modice convexus; minutissime et obsolete punctatus, niger, in disci medio litura angusta, longitudinali albida, in lateribus postice anguste, antice late albidus.

Scutellum triangulare, nigrum, nitidum.

Elytra ovata, angulis humeralibus parum prominulis, rotundatis, supra convexa, rubra, explanato-marginata, confertissime ac absolete punctulata, fasciis tribus nigris, interruptis, sinuatis notata; quarum prima in basi juxta tuberculum humerale incipiens, in medio dilatata et versus scutellum curvata secunda in medio disci abbreviata, profunde sinuata; tertia intra apicem transversa, in medio valde interrupta; prope fasciam secundam praeterea utrinque punctum parvum marginale.

Corpus totum subtus nigrum, nitidum, impressum; abdomine rude punctato, brevissime et parcus griseo-pubescente; pectore crebre ac minute rugoso, thorace denique lateribusque subtus anguste testaceo-marginatis.

Pedes nigri; tarsis pilosis.

Habitat in regione urbis Irkutzk.

In Museo Academiae Scient. Imper. Petropolitanae et Faldermanni.

Nro. 99. *Coccinella 19-signata mihi*. Subhemisphaerica, nigra; thoracis litura discoidea, antrorum angustata, lateribusque late albidis; elytris luteis, singulis maculis novem sicuti macula scutellaris communis nigris.

Longit. 3 lin. Latit. $2\frac{1}{2}$ lin.

Magnitudo et statura omnino Cocc. septem-punctatae Fabr. elytrorum tamen signatura in nostra admodum diversa.

Caput nigrum, deflexum, planum; vertice flavo-albido-maculato, macula

inter oculos truncata, tenuiter dentata, fronte plana, rude inaequaliter punctata; apice truncatum, testaceo-marginatum. Antennae palpaeque rufo-ferrugineae; articulo primo baseos testaceo. Oculi nigro-fusci.

Thorax transversus, niger, obsoletissime minutissimeque punctatus, basi rotundatus, angulis obtusis, lateribus aequaliter reflexus, subrotundatus, angulis anticis productis, subacutis, apice late et profunde angulatim emarginatus, supra modice convexus margine antico anguste, lateribus totis late pallidis; litura discoidea angusta, basi juxta scutellum dilatata.

Scutellum triangulare, nigrum, postice tenuiter rufo-marginatum.

Elytra magna, ampliata, rotundata, saturate lutea, supra convexa, obsoletissime vage punctulata, lateribus ante medium late explanato-marginata, postice reflexa; in ipsius baseos sutura macula nigra subelongata communis et praeterea maculae novem in singulo elytro; quarum duae supra humerum subapproximatae, tres paullo ante medium transversim et subarcuatum positae, paullo pone medium strigam transversam efficientes, et una deinde in apicis extrema parte.

Corpus subtus nigrum, subtiliter punctatum; limbo ventrali rufo; thoracis lateribus subtus et macula pectorali antica pallidis.

Pedes piceo-nigri; tibiis apice tantum tarsisque totis ferrugineis.

In viciniis urbis Irkutzk.

In Museo Academiae Scient. Imper. Petropolitanae et Faldermanni.

Nro. 100. *Cacidula villosa* mihi. Oblongo-ovata, tota villosa, thorace postice sinuato-angustato, rufo, lateribus explanato-marginato, basi nigro-maculato; elytris piceis, rufo-marginatis.

Longit. $1\frac{3}{4}$ lin. Latit. 1 lin.

Statura aliqua ex parte Cacidulae pectoralis Fabr. paullo tamen longior, duplo fere latior et plerumque magis convexa.

Caput subretractum, rotundatum, planum, crebre ac obsolete punctatum, rufum, opacum, sat dense rufo-villosum. Oculi parum prominuli, rotundati, aterrimi. Antennae breves, rufae, apice testaceae, extrorsum valde incrassatae.

Thorax transversus, longitudine duplo latior, basi truncatus, angulis rectis, acutis, lateribus ante medium dilatatus, rotundatus, postice si- nuatim valde angustatus, apice late et sat profunde emarginatus, ibiqui angulis deflexis, obtusis, supra convexus, rufus, parce villosus, creberrime punctulatus, intra apicem tenuissime lunatim impressus, lateribus late ex- planatus, canaliculatus, margine ipso reflexo, crenato; macula rotundata, subelongata, nigra, juxta basin supra scutellum.

Scutellum transversum, subelevatum, piceum.

Elytra basi thoracis vix latiora, dein medium versus dilatata, rotundata, lateribus crenato-marginata, apice rotundata, supra aequaliter fornicata, picea, subvillosa, inaequaliter punctato-striata, striis et punctis subconfluentibus, margine laeviora, late rufo-marginata.

Corpus subtus creberrime punctatum, piceo-rufum, villosum; thorace subtus et segmentis abdominalibus tribus posticis rufis.

Pedes breves, validiusculi, alutacei, subtiliter pubescentes; femoribus in- crassatis, rufis; tibiis, tarsisque parum dilutioribus.

Patria China borealis.

Specimen unicum in Museo Acad. Imper. Scient. Petropolitanae exstat.

APPENDIX.

Nro. 101. *Melolontha (Ancylonycha Dej.) obliterata mihi.* Elongata, subcylindrica, picea, rude punctata, nitida; thorace transverso, fornicato; elytris obsolete costatis, sutura valde incrassatis; pectore dense cano-villoso; abdomine valde producto; antennis tarsisque rufis.

Longit. $9\frac{1}{2}$ lin. Lat. $4\frac{3}{4}$ lin.

Statura et colore Melolonthae quercinae Knochii in America boreali obviae proxima characteribus tamen sequentibus diversa.

Caput transversum, deflexum, piceum, glabrum, antice rotundatum, reflexum, apice nonnihil emarginatum, vertice modice convexum, intra apicem transversim late depresso, ubique dense nec non rude punctatum, pilis nonnullis rufis rigidis juxta oculos obsitum. Antennae palpaeque totae rufae.

Thorax transversus, latitudine duplo brevior, basi rotundatus, utrinque subsinuatus, angulis rectis parum inflexis, lateribus declivis, dilatatus, in lobum obtuse rotundatum protensus, postice oblique angustatus, apice late nec profunde emarginatus, ibique margine incrassatus, supra aequaliter convexus, nigro-piceus, nitidus, glaber, in disco vage ac fortius, latera versus crebrius punctatus, margine basali et antico brevissime, sed dense flavo-ciliatus, et margine lateral i pilis rufis recurvatis longis obsitus, praeterea macula brunnea in lateribus utrinque notatus.

Scutellum subtriangulare, parum convexum, basi concinne punctatum, postice laevigatum, politum, totum glabrum.

Elytra elongata, subcylindrica, basi thoracis latitudine, dein sensim dilatata, rotundata, declivia, postice paullo attenuata, apice obtuse rotundata, sutura elevata, incrassata, obsolete costata, pone humeros longitudinaliter

impressa, tota glabra, picea, nitida, subpruinosa, versus latera et posteriora dilutiora, undique rude punctata.

Corpus subtus valde incrassatum, piceum; pectore et thorace subtus brunneis, dense cano-villosis; abdomine glaberrimo, polito, lateribus brevissime vage piloso, nec non macula transversa, grisea, opaca utrinque notato, ibique pilis longis, rigidis obsito; pygidio triangulari, in medio tenuiter deplanato, glabro, sat crebre et rude punctato, fovea parva utrinque impresso. Pedes robusti, brunnei, parce pilosi; tibiis anticis extus tridentatis; tarsis elongatis, tenuibus, rufis.

Habitat in China boreali in vitice incisa, ubi Majo mense reperta.

In Museo Academiae Scientiarum Petropolitanae.

301

EXPLICATIO TABULARUM.

TAB. I.

Fig. 1. *Trematodes Pallasii* (nro. 24.) magnitudine naturali.

- a. Labrum;
- b. labium;
- c. c. mandibulae;
- d. d. maxillae;
- e. e. palpi maxillares;
- f. f. palpi labiales;
- g. antenna magnitudine aucta.

Fig. 2. *Idiocnema sulcipennis* (nro. 28.) magnitudine naturali.

- a. Labrum;
- b. labium;
- c. c. mandibulae;
- d. d. maxillae;
- e. antennae;
- f. pes anticus;
- g. g. palpi maxillares;
- h. h. palpi labiales magnitudine aucta.

Fig. 3. *Estenomenus mirabilis* (nro. 33.) magnitudine naturali.

- a. Labrum ;
- b. labium ;
- c. c. mandibulae ;
- d. d. maxillae ;
- e. e. palpi maxillares ;
- f. f. palpi labiales ;
- g. antenna magnitudine aucta.

T A B. II.

Fig. 1. *Leptomorpha chinensis* (nro. 55.) magnitudine naturali.

- a. Labrum ;
- b. labium ;
- c. mentum ;
- d. d. mandibulae ;
- e. e. maxillae ;
- f. antenna ;
- g. g. palpi maxillares ;
- h. h. palpi labiales magnitudine aucta.

Fig. 2. *Cyrtognathus paradoxus* (nro. 75.) magnitudine naturali.

- a. labrum ;
- b. labium ;
- c. c. mandibulae ;
- d. d. maxillae ;
- e. e. palpi maxillares ;
- f. f. palpi labiales magnitudine aucta.

T A B. III.



- Fig. 1. *Cicindela gemmata*. Nro. 2.
 2. ——— *mongolica*. Nro. 1.
 3. *Carabus Brandtii*. Nro. 4.
 4. *Sphodrus rugipennis*. Nro. 5.
 5. *Anomala exoleta*. Nro. 31.
 6. ——— *lunata*. Nro. 32.
 7. *Melolontha Gebleri*. Nro. 25.
 8. ——— *oblita*. Nro. 101.
 9. *Serropalpus spinicollis*. Nro. 61.
 10. *Apoderus quadrimaculatus*, magnitudine aucta. Nro. 64.
-

T A B. IV.

- Fig. 1. *Phileurus morio*. Nro. 22.
 2. ——— *chinensis*. Nro. 23.
 3. *Anomala lucidula*. Nro. 30.
 4. *Cetonia jucunda*. Nro. 34.
 5. ——— ——— var.
 6. *Platyope grandis*. Nro. 35.
 7. *Platyscelis angustatus*. Nro. 56.
 8. *Heliophilus tenebrioides*. Nro. 58.
-

TAB. V.


- Fig. 1. Deracanthus hololeucus.
 2. ——— Faldermanni.
 3. Naupactus globulicollis. Nro. 67.
 4. Cyrtognathus paradoxus a latere inspectus. Nro. 75.
 5. Cerambyx Bungii. Nro. 76.
 6. Saperda Gebleri. Nro. 77.
 7. Galleruca Menetriesii. Nro. 82.
 8. ——— fulminans. Nro. 81.
 9. Cryptocephalus Stchukini. Nro. 90.
 10. Coccinella Besseri. Nro. 92.
 11. ——— aulica. Nro. 94.
 12. ——— tristis. Nro. 95.




Falderm. & Pepe ad nat.
F. Davignon ad lapid. delin.

1. *Trematodes Pallasii*, Falld. 2. *Idioonema sulcipennis*, Falld. 3. *Estenomerus mirabilis*, Falld.

Faldermann, Coleopt. Chin.








Faldermann & Pepe ad nat.
F. Davignon ad lapid. del.

1. *Leptomorpha chinensis* Falld. 2. *Cyrtognathus paradoxus* Falld.

Faldermann, Coleopt. Chin.



W. Pape ad nat. doct.

F. Daquinon lith.

1. *Cicindela gemmata*, Fald.
2. *Cicindela mongolica*, Fald.
3. *Carabus Brandtii*, Fald.
4. *Sphodrus rugipennis*, Fald.
5. *Anomala exobeta*, Fald.
6. *Anomala lunata*, Fald.
7. *Melolontha gibbosa*, Fald.
8. *Melolontha obliqua*, Fald.
9. *Serropalpus spinicollis*, Fald.
10. *Apoderus maculatus*, Fald.



H. Pape ad nat. det.

E. Davignon lith.

1. *Phileurus morio*, Fald.—2. *Phileurus chinensis*, Fald.—3. *Anomala lucidula*, Fald.
4. *Cetonia jucunda*, Fald.—5. *Cetonia jucunda* var. 6. *Platyope grandis*, Fald.
7. *Platyscelis angustatus*, Fald.—8. *Heliophilus tenebrioides*, Fald.




W. Pepe ad nat. del.

E. Davignon lith.

1. *Deracanthus hololeucus*, Fald.
2. *Deracanthus Faldermanni*, Schönh.
3. *Naupactus globulicollis*, Fald.
4. *Cyrtognathus paradoxus* Fald.
5. *Cerambyx Bunpii*, Fald.
6. *Saperda Gebleri*, Fald.
7. *Galleruca Menetriesii*, Fald.
8. *Galleruca fulminans*, Fald.
9. *Cryptoccephalus Tschukini*, Fald.
10. *Coccinella Basseri*, Fald.
11. *Coccinella aulica*, Fald.
12. *Coccinella tristis*, Fald.

Faldermann, Coleopt. Chin.







Inst. Zool. PAN
Biblioteka

K.6908